



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1000. Usque Ad Annum 1063

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117956**

Liber LVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66323)



# HISTORIA ECCLESIASTICA.

## LIBER LVIII.

SILVESTER II. PAPA.  
OTTO III. IMPER. OCCID. BASILIUS ET  
CONSTANTINUS IMP. ORIENTIS.

§. I.

*Ottonis III. in Italiam pro-  
fectio ultima.*

**C**um Otto III. Imperator supe-  
ratis alpibus anno millesi-  
mo Ticini versaretur, S. Ro-  
mualdo auctore, prope Ravennam Mo-  
nasterio **A**nastasi-  
Saculum X.  
A. C. 1000.  
vit. Rom.  
7. 52.

*Hist. Eccles. Tom. XIV.*

Sæculum X.  
A.C. 1000.  
nasterium S. Adalberti honori Sacrum fundavit. Cumque S. Romualdus instaret, ut, quod in altera Romana professione promiserat, relicto mundo Monachum indueret, affirmavit Imperator, id se effectui daturum, postquam Roma, rebellis sibi urbe, domita, Victor Ravennam repetiisset. At S. Romualdus respondit: *Si Romam ieris, nunquam Ravennam redibis.* Tum disertis verbis ei denunciavit, brevi moriturum, & quia obfirmatum ab incepto revocare non potuit, tristis recessit.

*Sup. lib. LVII. §. 52.*  
Ubi Otto Imperator Romam pervenit, celebrato Domini Nostri Natali, in Insula Tiberis Ecclesiam ædificavit, honori S. Adalberti Pragensis dedicatam, cujus Sancti manus auro & gemmis infertas attulerat, & quia aliorum quoque Sanctorum Reliquiis hanc Ecclesiam decorare cupiebat, ubicunque potuit, Sacra Lipsana conquiri iussit. Compererat, in Ecclesia SS. Abundii & Abundantii prope montem Soractem complura Martyrum corpora servari; itaque missis illo Episcopis, Clericis, monachisque, ea in Ecclesiam S. Adalberti solemnem pompam transferri curavit.

*Chr. Hildes. Fragm. Sæc. 5. Alf. Ben. p. 873.*  
*Chr. Can. l. II. c. 24.*  
Ferunt Ottonem Imperatorem etiam S. Bartholomæi corpus in hanc Ecclesiam inferre voluisse, quod postquam a civibus Beneventanis expetiisset, idque ipsi cru-

crude denegare non auderent, decepta ipsius pietate, corpus aliud, nempe S. Paulini Nolani transmisisse. Ut ut res se habeat, credunt Romani, se tam unius quam alterius corpus in illa Ecclesia habere, quæ jam diu nomen a S. Bartholomæo, æque ac Insula in qua posita est, accepit.

Benedicti V. Papæ quoque ossa Ham-  
burgo Romam Otto III. transferri iussit,  
secundum ejusdem vaticinium. Nam in  
exilio suo versatus dixisse fertur: *Mo-  
viendum mihi in hac terra, quæ deinde In-  
fidelium armis vastata, ferarum futura  
est receptaculum. Non erit huic Regioni  
pax constans ante translationem corporis  
mei; sed postquam in Patriam rediero,  
spero per intercessionem SS. Apostolorum  
futurum, ut Pagani quiescant.* Huic præ-  
dictioni eventus respondit, cum Sclavi  
multis annis Saxoniam Ecclesias afflixerunt.  
Curam transferendi corpus Benedicti Papæ,  
jubente Imperatore, in se suscepit Raco  
Bremensis, ex Capellanis Principis vir piissimus,  
quem ad Dignitatem Episcopalem evehere volens  
Otto, eidem gravi morbo decumbenti Baculum  
pastoralem tradidit. At ægrotans, priusquam  
consecraretur, e vita decessit.

*Ditm. l. IV.  
p. 47.*

Sæculum XI.  
A.C. 1001.

§. II.

*S. Bernwardus Hildesheimensis  
Romæ.*

*vit. Bern. 21.* *Sæc. 6. Act.* *Ben. p. 213.* **O**ttone III. Imperatore Romæ commo-  
rante Episcopus Hildesheimensis  
Bernwardus quarta Januarii anno mille-  
simo primo Romam venit. Imperator  
adventu hujus Præfulis, quo olim præ-  
ceptore usus fuerat, lætissimus ad passus  
bis mille e suo Palatio usque ad S. Pe-  
tri Basilicam obviam processit. Tum in  
amplexus ivit, & multis colloquiis exfa-  
tius, sex septimanarum spatio, quo Epi-  
scopus in ejus Palatio fuit, omnia neces-  
saria Hospiti gratis præberi jussit. Cau-  
sa vero itineris Episcopo fuit lis inter  
ipsum & Archiepiscopum Moguntinum  
fervens ob monasterium Virginum, di-  
ctum Gandesemense, quod ad illud us-  
que tempus Episcopum Hildesheimen-  
sem tanquam suum proprium & Diœce-  
sanum agnoverat; sed Sophia, Ottonis II.  
Imperatoris filia, cum propediem in illo  
monasterio Deo consecranda esset, mu-  
liebriter elata, noluit ab alio Episcopo,  
quam qui Pallio ornatus esset, velum ac-  
cipere, idque a Willegiso Archiepisco-  
po Moguntino sibi dari expetiit. Ob-  
stitit Episcopus quantum potuit; sed  
tandem precibus Theophaniæ Impera-  
tricis, Matris Sophiæ Novitiæ, id sal-  
tem

tem dedit, ut ipse & Archiepiscopus <sup>Sæculum XI</sup>  
 communi opera hunc Ritus in Ecclesia A.C. 1001.  
 peragerent. Ergo, quod in omnium  
 oculis novum erat, Episcopi duo vesti-  
 bus Pontificiis fulgentes ad utrumque  
 cornu unius Altaris sederunt. Nihilo-  
 minus Episcopus Hildesheimensis Otto-  
 nem III. Regem præsentem publice inter-  
 rogavit, an consentiret, Sororem suam  
 votis monasticis obligari, tum ipsam So-  
 phiam, an sibi & Successoribus suis obe-  
 dientiam promitteret, iterumque publi-  
 ce reclamavit contra quamcunque Ju-  
 risdictionem, quam Archiepiscopus in  
 hac Ecclesia usurparet. Sub hoc Episco-  
 po, ejusque Successore, atque etiam se-  
 ptem primis annis, quibus Bernwardus  
 præfuit, nihil mutatum. At Sophia re-  
 giæ stirpis magis, quam professionis mo-  
 nasticæ memor, invita sua Abbatissa e  
 monasterio elapsa ad Palatium se contu-  
 lit, ibique annum vel biennium commo-  
 rata dissolutæ vitæ tramitem incedens  
 varium de se ipsa sparsit rumorem. Ber-  
 nwardus blandius admonitam permove-  
 re conabatur, ut ad suum monasterium  
 rediret. Illa monitori aspera, ejus con-  
 spectum fugit, atque ad patrocinium Ar-  
 chiepiscopi Moguntini se convertit, di-  
 cens, ab ipso non ab alio se velum mo-  
 nasticum accepisse, monasterium Gande-  
 semense in Moguntina Diocæsi existere,

Sæculum XI.  
A. C. 1001. denique se nulla ratione Episcopo Hil-  
desheimensi esse subjectam. Ad mona-  
sterium deinde reversa seditiosis sermo-  
nibus Moniales usque adeo turbavit, ut  
Episcopum ad monasterium ex officio  
Pastoris invisentem non tanquam suum  
Præpositum, sed tanquam Hospitem alie-  
num exceperint, & monitorum saluta-  
rium nullam rationem habuerint. Tan-  
dem cum Ecclesia istarum Monialium ef-  
fet consecranda, seditiosæ feminae Wil-  
legisum Archiepiscopum advocarunt;  
Bernardus vero ab iis per nuncium mo-  
nitus, ut & ipse spectator adesset.

S. Bernardus misit Echardum, Epi-  
scopum Sleswicensem, vices suas obitu-  
rum, qui, atrocissimis bellis e sede sua  
pulsus, ad eum confugerat, & in offi-  
ciis Episcopalibus adjuvabat. Is, ubi  
advenit, publice edixit, Bernardum  
obsequiis Imperatori præstandis inten-  
tum venire non potuisse, rogavitque Ar-  
chiepiscopum, ne hanc Dedicationem,  
spreto jure Episcopi Diocesani, perage-  
ret. Willegisus, quem invidiæ latens  
ignis urebat, quod Bernardi magna ef-  
fet apud Imperatorem auctoritas, ægre  
à proposito dimoveri potuit, sed tamen  
Echardo constanter repugnanti cessit.  
Itaque Bernardus ex amicorum consi-  
lio querelas ad Papam & Imperatorem  
detulit; & hæc causa fuit, cur iter Ro-  
mam

mam susceperit. Præterea Henricus Sæculum XI.  
 Dux Bavarix, tunc in Palatio Imperato- A.C.1001.  
 ris commorans, ei sanguine junctus, Epi-  
 scopi causæ favebat, & Judicium urge-  
 bat, quo maturius in illam Ecclesiam pax  
 reduceretur.

n. 24.

## §. III.

*Concilium causæ S. Bernuardi fa-  
vens.*

Igitur Silvester Papa Concilium viginti  
 Episcoporum, ex quibus septendecim  
 Itali, & tres Germani erant, Imperato-  
 re, Henrico Duce, cunctisque Romanæ  
 Urbis Senatoribus præsentibus, celebra-  
 vit. Postquam prælectum fuisset Evan-  
 gelium & aliquot Canones, Papa omni-  
 bus Benedictionem impertitus est. Tum  
 confidentibus omnibus & præcone silen-  
 tium imperante, Bernuardus Episcopus  
 causam suam exposuit, adjiciens, quod  
 majus erat, se absente & frustra recla-  
 mante in sua Diocesi, id est, in Mona-  
 sterio Gandesemensi Archiepiscopum  
 Moguntinum Synodum celebrasse. Tunc  
 Papa ex Patribus exquisivit, an legitima  
 Synodus haberi deberet Conventus,  
 quem Archiepiscopus Moguntinus cum  
 suis Clericis illo deductis, in Ecclesia ab  
 omni hominum memoria Episcopo Hil-  
 desheimensi subjecta, Episcopo absente  
 & hanc ipsam causam ad Sacram Sedem

A 4

defe-

Sæculum XI. deferente, celebrasset. Petierunt Pa-  
A.C. 1001. tres, ut de hac re sibi secreto deliberare  
 liceret, quod ubi Papa concessit, Episco-  
 pi Romani soli exierunt. Et tandem  
 Concilium declaravit, hanc Synodum  
 fuisse conventiculum schismaticum, at-  
 que secundum Canones rejicienda esse  
 omnia, quæ in eo acta essent.

Tunc vero Papa sententiam pronun-  
 ciavit in hunc modum: *Auctoritate Apo-  
 stolorum & Patrum, irritum & nullum  
 declaramus, quod absente fratre nostro  
 Bernuardo Gandesemi in ipsius Diœcesi ab  
 Archiepiscopo Willegiso, & rei bujus con-  
 sciis, actum est.* Tum addidit: *An Fra-  
 ter noster Bernuardus postulat, Investitu-  
 ram ab Archiepiscopo sibi ablatam vesti-  
 tui?* Responderunt Patres: *Non est qui-  
 dem necessarium; quia vero id instantissi-  
 me petit, si Imperatori placet restituere.*  
 Igitur Papa Episcopo Ferulam (\*) seu ba-  
 culum Pastoralem tradidit, dicens: *Re-  
 stituo tibi, & confirmo possessionem mo-  
 nasterii Gandesemensis, omniumque præ-  
 diorum ad illud pertinentium, omnibus-  
 que & singulis probibeo, ne te in hac pos-  
 sessione*

(\*) Hic ob ea, quæ in Historia Ecclesiastica de  
 Investituris sequentur, notatu dignum, quod  
 Papa Baculum Pastoralem Episcopo Hildeshei-  
 mensi præfente Imperatore tradat.

*sessione perturbent, nisi id secundum Canones fieri oporteat.*

Sæculum XI.  
A.C. 1001.

Tandem statutum, ut Archiepiscopo Moguntino rescriberent, factum exprobrarent, & hortarentur, ut a cœpto desisteret. Illud quoque decretum, in Saxonia Concilium Episcoporum indicere, & Legatum Pontificium mittere, qui Conventui præffet. Designatus est locus Poldena prope Brandenburgum, & dies vigesima prima Junii præstituta. Legationem obire jussus est Fridericus Presbyter Cardinalis Ecclesiæ Romanæ, & postea Archiepiscopus Ravennas, natione Saxo, ætate juvenis, sed pietate insignis. Priusquam iter in Saxoniam rediturus ingrederetur Bernwardus cum Papa militans civitatem Tiburtinorum rebellium ad deditionem compulit. Ubi ambo Præsules urbem intrarunt, cives ut se Imperatori nullis positis conditionibus subjicerent, & hunc Principem ut devictis parceret, permoverunt. At Romani indignati, quod Tiburtini jam pacem haberent, seditionem moverunt, Auctore quodam Gregorio, viro perfido, qui licet Imperatori esset carissimus, Dominum & Principem suum per prodicionem comprehendere conatus est. Ergo portæ urbis clauduntur, nemo vel ingredi vel exire sinitur, quin & aliqui amicorum Imperatoris interficiuntur.

*Ditmar. l. 4.  
p. 44.*

A 5

Tunc

Sæculum XI. Tunc vero Bernwardus Episcopus Excubi-  
 A.C. 1001. tores Cæsarei Palatii monuit, ut peccata  
 sua confiterentur Sacerdoti, cumque eos  
 in Missa Viatico muniisset, & oratione  
 ad fortitudinem militarem excitasset,  
 alacres ipse ante prima signa procedens,  
 & Sacram Lanceam, quod tanquam sin-  
 gulare præsidium Imperatores Germani  
 venerabantur, portans, in cives rebelles  
 eduxit. Illi mutatis subito animis arma  
 projiciunt, & pacem deposcunt. Itaque  
 postquam Imperator breviter dixisset ad  
 populum, ingratos & tot beneficiorum  
 immemores animos increpans, extincta  
 est seditio. Imperatori & Papæ tamen  
 visum est in Dominica Sexagesimæ, quæ  
 anno 1001. in decimam sextam Februa-  
 rii incidebat, Roma excedere, & non  
 procul a mœnibus castra metari. Ibi cum  
 Bernwardus Episcopus & Imperator in-  
 ter mutuas lacrymas sibi valedixissent,  
 ille muneribus & Reliquiis cumulatus ad  
 suos remeavit.

## §. IV.

*Quædam in Germania Concilia.*

Fridericus Cardinalis quoque in Ger-  
 maniam pervenit, eo vestium cultu,  
 quo Papa incedere solebat, ut omnes  
 agnoscerent, eum Summi Pontificis vi-  
 ces gerere. Equi etiam phaleris purpu-  
 reis splendebant. Concilium Poldenæ  
 cele-

celebratum vigesima secunda Julii Archi-  
 episcopo Moguntino ejusque Clientibus, Sæculum XI.  
A.C. 1001.  
 qui inviti venerant, strepitantibus. Le-  
 gatus medius inter Lievezonem, Archi-  
 episcopum Hamburgensem, & Bernuar-  
 dum Episcopum sedens, primum Episco-  
 pos leniter ad concordiam exhortatus  
 est, & tandem, ubi silentium tumultui  
 successit, Epistolam Pontificis ad Archi-  
 episcopum Moguntinum datam legi jus-  
 sit. Is Episcopos Fratres suos & præpri-  
 mis Archiepiscopum Hamburgensem  
 consuluit, qui dubitanti respondit, omni-  
 no oportere, ut, quod Concilium judi-  
 cabat, Episcopo Hildesheimensi satisfac-  
 eret. Tum apertis Ecclesiæ foribus in-  
 trant permulti laici, vociferantes, ad ar-  
 ma procurrendum esse, & ultima Lega-  
 to atque Bernuardo Episcopo comminan-  
 tes. Ambo virili constantia furiosos  
 exceperunt, & quamvis plures militum  
 cohortes, quæ adversarios numero supe-  
 rabant, ipsis non deessent, si ferro dimi-  
 candum fuisset, satius tamen visum bo-  
 nis verbis calentes animos mitigare. Ce-  
 teri vero Episcopi arbitrabantur, rem in  
 alterum diem esse differendam, quin  
 vades se ipsos dabant, venturum Archi-  
 episcopum, & quod justum esset, factu-  
 rum. At ille summo mane clam discef-  
 sit. Cumque eum Legatus præsentem  
 toto Concilio citasset, **absentem** ab omni  
 officio

Sæculum XI. officio Episcopali suspendit, usque dum  
 A.C. 1001. se Papæ sisteret in Concilio, quod Romæ  
 in Festis Natalitiis Domini celebrandum  
 omnibus Episcopis indixit.

Cardinale in Italiam reverso, & Lega-  
 tionis suæ rationes Pontifici & Impera-  
 tori exponente, illi acriter offensi missis  
 in Germaniam mandatis omnes Episco-  
 pos ad Festum Natalis Christi Domini  
 ad se venire jubent, non solum interfu-  
 turos Concilio, sed etiam cum omnibus  
 suis vasallis Imperatori militanti sua ob-  
 sequia præstituros. Haud diu post Fri-  
 dericus Cardinalis Archiepiscopatum  
 Ravennatensem, vacantem abdicatione  
 Leonis seu Neonis, quem, postquam Ger-  
 berto successisset, Paralysis corripuerat,  
 consecutus, eidem latissimos fundos,  
 unde sustentaretur, concessit.

*Petr. Dam.  
 opusc. XVII  
 c. ult.*

In Germania cum Archiepiscopus  
 vit. S. Bern. Moguntinus iterato contra Episcopum  
 n. 30. Hildesheimensem vim armorum adhi-  
 buisset, celebratum est Concilium Fran-  
 Willegifus cofordiæ post Assumptionem S. Virginis,  
 Moguntinus. cui Archiepiscopi tres, Moguntinus, Co-  
 loniensis & Trevirensis cum Episcopis  
 quatuor interfuerunt. Nihil vero defi-  
 nitum, Bernuardo absente, quem cor-  
 poris infirmitas venire prohibuit, nisi  
 quod placuerit, nec Bernuardum, nec  
 Willegifum ullum actum Jurisdictionis  
 exercere in Monasterio Gandesemensi  
 debere,

debere, usque ad octavam Pentecostes, (\*) quo tempore Episcopi Fritzlaræ Conventum habituri essent. Sæculum XI.  
A. C. 1001.

At Bernardus Episcopus desiderio ardebat in Italiam redeundi, tum ut mandatis Papæ obsequeretur, tum ut Imperatoris præsentia frueretur, quem teneo complectebatur affectu, sed cum ipse profectionem longam suscipere non posset, misit Tangmarum Presbyterum, sui Monasterii Decanum, qui ipsum anno superiore in profectioe Romana comitatus fuerat, & ab annis juvenilibus operam dans instituendis pueris, ipsius Bernardi Episcopi Magister extiterat. Is Imperatorem in Italia habuit haud procul Spoletto, & jussus est expectare Concilium in civitate Tudertina, in Festo S. Joannis Evangelistæ, Indictione decima quinta, eodem anno millesimo primo celebratum, cui interfuere Episcopi circiter triginta, Papa & Imperatore præsidentibus.

Tangmarus Presbyter a Subdiacono Oblationario in Synodum introductus, Papa interrogante, quid peteret, ad pedes

---

(\*) Si Festum Assumptionis decima quinta Augusti celebratum fuit, uterque Episcopus usque ad Octavam Pentecostes suspendi non potuit. Eadem vero verba leguntur in Act. SS. Ben. Sæc. VI. part. I. in vit. S. Bernardi.

Sæculum XI. des Pontificis & Imperatoris provolutus  
A.C. 1002. est. E terra deinde surgens, narravit,  
 quæ in Concilio Francofordiensi acta fu-  
 issent, testem verborum suorum indi-  
 cans Archiepiscopum Ravennatem ibi &  
 hic præsentem. Tum cum Archiepisco-  
 pus Legationis suæ eventum retulisset,  
 Archiepiscopi Moguntini facta ab omni-  
 bus Episcopis Romanis damnata. Pla-  
 cuit tamen Archiepiscopi Coloniensis,  
 aliorumque Episcoporum, qui propediem  
 adfuturi dicebantur, opperiri adventum.  
 Sed quia moræ in longum trahebantur,  
 missionem petiit Tangmarus, & donis ad  
 Dominum suum deferendis, præter alia,  
 medicamentis & aromatibus cumulatus  
 undecima Januarii discessit.

## §. V.

*S. Heribertus Coloniensis.*

*vit. ap. Boll.*  
*16. Mart.*  
*to. 7. p. 467.* Tandem advenit Heribertus Archiepi-  
 scopus Coloniensis, magnum Impe-  
 ratoris gaudium, utpote quem arcano-  
 rum suorum conscium habere adsueve-  
 rat. Quippe eum, natum Wormatiæ  
 nobilibus parentibus, & deinde in Abba-  
 tia Gorziensi educatum, Otto III. Rex ad  
 se evocaverat, ejus opera, nempe ad  
 obeundum Cancellarii munus, usurus.  
 Ex variis etiam Heriberti epistolis dispi-  
 cimus, ipsum jam nomine Willegisi Ar-  
 chiepiscopi Moguntini, Germaniæ Ar-  
 chican-

chicancellarii, jam nomine Petri, Episco- Sæculum XI,  
 pi Comensis, Italiae Archicancellarii, ut A.C. 1002.  
 nempe Imperator nunc in Germania,  
 nunc in Italia versabatur, hoc officio  
 functum fuisse. Anno 995. Sede Her-  
 bipolensi vacante, cum Otto Heriber-  
 tum ad Episcopatum suscipiendum com-  
 pellere vellet, is obtinuit, ut illa Digni-  
 tas fratri suo juniori conferretur, ne ipse  
 a latere Principis avelleretur. Anno  
 nongentesimo nonagesimo octavo deci-  
 ma quarta Julii, Archiepiscopo Colo-  
 niensi vita functo, cum Clerici (\*) & po-  
 pulus in Electione diu dissentirent, unus  
 ex electis juri suo renunciando, in me-  
 dium attulit, an non magis expedi-  
 ret, Heribertum Cancellarium eligere?  
 Omnibus assentientibus, mittuntur in  
 Italiam Nuncii, qui eum ab Imperatore  
 expeterent. Annuit Otto lubentissimo  
 animo, remque sua manu Heriberto per-  
 scripsit, quem Ravennæ ad comprimen-  
 dos seditiosos reliquerat. Heribertus pæ-  
 ne invitus obediit, acceptoque a Ponti-  
 fice

(\*) Quamvis in hoc Sæculo frequentissime  
 occurrat, Episcopatus ab Imperatoribus vel Re-  
 gibus huic vel illi fuisse collatos, ex isto casu &  
 pluribus aliis tamen cognoscimus, nihilominus  
 Electionem Canonicam locum habuisse; sed de-  
 nique plerumque illum eligi oportuisse, quem  
 Princeps nominabat.

Sæculum XI. fice Pallio Coloniam profectus in vigilia  
A.C. 1002. Nativitatis Domini anno nonagesimo  
 nonagesimo nono consecratus est. Talis  
 ergo erat Heribertus Archiepiscopus Co-  
 loniensis.

Imperator quidem ex ejus adventu  
 aliorumque Vasallorum, qui auxilia con-  
 traxerant, solatium capiens, lætum vul-  
 tum præferebat, intus autem animo in-  
 gemiscebat, cogitans peccata sua. Per  
 nocturnum silentium vigilabat, & largi-  
 ter fundens lacrymas orabat. Sæpe to-  
 ta Hebdomada, excepta Feria quinta je-  
 junabat, & eleemosynas plurimas distri-  
 buebat. Cum quadam die cum Archi-  
 episcopo ambularet, & ambo de iis, quæ  
 pro Salute animarum suarum facere pos-  
 sent, colloquerentur, inter ipsos conve-  
 nit, alterutrum, qui in Germaniam inco-  
 lumis pervenisset, Monasterium in ho-  
 norem beatæ Virginis conditurum, do-  
 navitque eo consilio Imperator Archi-  
 episcopo complures agros, qui exinde  
 pactum, fundata celebri Abbatia Dui-  
 zienti prope Coloniam, implevit.

## §. VI.

*Ottonis III. obitus. S. Henricus Rex  
 Germanicæ.*

Jam non paucis ab hinc diebus ægrota-  
 re cœperat Otto III. Imperator, ac-  
 cepto, ut creditur, veneno, a Crescentii  
 vidua,

vidua, qua impudice abutebatur. Obiit(\*) Sæculum XI.  
A.C. 1002.  
tandem vigesima octava Januarii anno  
millesimo secundo, annos natus circiter  
viginti

(\*) Sicut Summi Pontifices nullibi decentius splendidiusque quam Romæ Ecclesiam regunt, ita nullibi unquam Imperatoribus Romanis melius quam in sua Germania fuit. Ceterum ad integritatem Historiæ hujus Cæsaris Ottonis III. pertinet, quod scribit Pagi ad annum Christi 996. N. 10. *Baronius, Conciliorum Collectores, & multi viri doctissimi Electoralis Collegii seu Septem Virorum, penes quos solos esset Imperatoris eligendi potestas, Institutionem ad Gregorium V. & . . . Synodum Romanum* (nempe anni nonagesimi nonagesimi sexti, in qua Otto III. a Pontifice Gregorio V. coronatus) *retulere. Verum veterum Scriptorum, qui de rebus Germaniæ hoc & duobus sequentibus Sæculis scripsere, silentium demonstrat, audiendos non esse, qui Sæculo XIII. & sequentibus illud nullo antiquo monumento fulti litteris mandarunt. Citatur quidem hanc in rem S. Thomas lib. 3. de Regimine Principum, sed ei perperam opus illud attribuitur . . . Certum tamen esse debet, Jus eligendi Imperatores a Romanis Pontificibus Imperii Institutoribus, ut de Carolo Magno loquentes vidimus, emanasse. Diserte illud scribit Innocentius III. in Epistola. ad Bertholdum Zaringiæ Ducem &c.*

Videri potest Nat. Alexander tom. XII. Dissert. XVII. ubi dicit: *Non negandum (inquam) Hist. Eccles. Tom. XIV.* B quin

Sæculum XI. viginti tres, (\*) ex quibus novemdecim  
A.C. 1002. Rex Germaniæ & quinque Imperator re-  
 gnaverat. Locus, in quo animam reddi-  
 dit, Paternum fuit, modicum in Campa-  
 nia Romana oppidum, unde Archiepi-  
 scopi Coloniensis cura Cæsareum funus  
 Aquisgranum translatum est. In itinere  
 viscera defuncti Augustæ Vindelicorum  
 in Sacello S. Udalrici deposita sunt, cor-  
 pus vero Coloniæ in Hebdomada ma-  
 jore pervenit, & primis tribus diebus in  
 diversas Ecclesias, in Cœna Domini au-  
 tem ad Ecclesiam S. Petri, quæ Cathed-  
 ralis erat, delatum est, ubi, postquam  
 pœnitentes de more fuissent introducti,  
 & Absolutionem recepissent, eam Archi-  
 episco-

*quin Jus eligendi Imperatores a Sede Apo-  
 stolica quodammodo emanaverit &c. a Joanne  
 autem XII. Jus illud videtur concessum Prin-  
 cipibus & Optimatibus Imperii, cum Ottonem I.  
 Romæ Imperatorem coronavit. &c.*

Item Antonius Pagi ad obitum Ottonis III.  
 anno 1002. ; *Obiit improlis & ut ex dictis liquet  
 valde juvenis. Cernens exercitus, inquit Gla-  
 ber lib. I. cap. IV. quem secum duxerat, se suo  
 Domino destitutum, coegerunt se pariter in unum  
 agmen, ne ab iis, quos in Italia presserant, tru-  
 cidarentur. Imposito ante se in equo defuncti  
 Imperatoris corpore in patriam tuti pervenien-  
 tes &c.*

(\*) Alii, viginti octo.

episcopus etiam animæ defuncti Imperatoris, præfente corpore, tribuit, præcipiens Presbyteris, ut ejus in precibus publicis meminissent. Feria VI. mane iter ingressi sunt, qui corpus defuncti Cæsaris Aquisgranum devexerunt, ubi die Resurrectionis Domini, quinta Aprilis, in Choro Ecclesiæ Beatissimæ Virginis sepultum est.

Mense Junio sequente electus est Rex Germaniæ Henricus, Dux Bavarix, Henrici, Fratris Ottonis I. nepos, adeoque Ottonis III. nulla prole relicta mortui, proximus consanguineus. Is appellatur Henricus II. ut ab Henrico Aucupe distinguatur, item Henricus Claudus, sed S. Henrici nomine, quod ei vitæ integritas post obitum peperit, notissimus est. Regem futurum, olim S. Wolfgangus Episcopus Ratisbonensis prædixerat; cum enim Henricus Dux, Henrici Sancti Patrens, ei liberos suos, quibus Sacerdotalem Benedictionem tribueret, adduxisset, Vir Sanctus Henricum, Regem, Brunonem Fratrem ejus, Episcopum, Gisellam, Sororem ejus primogenitam, Reginam, minorem natu, quam ipse e Sacro fonte levaverat, Abbatissam, appellavit. Porro, verum de singulis fuisse vaticinium eventus demonstravit. Quippe Bruno ordinatus est Episcopus Augustanus, & Gisella Hungariæ coronam conjugio

Sæculum XI.  
A.C. 1002.

*Ditm. lib. 5.  
p. 54.*

*vit. S. Wolfgang. c. 30.*

B 2                    conse-

Sæculum XI. consecuta est. S. Wolfgangus ad Cœlestia translatus quondam Henrico Duci

A.C. 1002.

c. 42.

juveni, apud ipsius sepulchrum oranti, & in somnum lapsus conspicuus factus dixit: *Lege accurate, quod in pariete scriptum est.* Sed Henricus plura legere non valuit, quam duas voces: *Post sex.* E somno excitatus, credidit, sibi fuisse significatum, quod post dies sex moriturus esset, & multas largiens eleemosinas ad agonem se comparavit. Elapsis sex diebus, cum se bene valere sentiret, spatium sex mensium fuisse indicatum putavit, & his quoque se incolumi prætergressis, sibi denique post annos sex e vita migrandum fore existimavit. At anno septimo Rex electus Vaticanii sensum intellexit. Coronatus est Moguntia a

vit. S. Bern.  
n. 34. 35.

Willegiso Archiepiscopo, Dominica octava post Pentecosten, die decima nona Julii, eique Sacra Lancea, tanquam potestatis Regiæ Insigne in manus data. Decima Augusti, in Festo S. Laurentii,

Chro. Sax.

idem Archiepiscopus Moguntinus Cune-gundem, Regis Henrici Sponsam, Paderbornæ corona Regia decoravit, quam postmodum Ecclesia S. Virginibus adscripsit. Eam Henricus Rex, perpetuam

vit. S. Cune-g.  
neg. Sæc. 6.  
Act. Ben.  
p. 456.

continentiam servans, more fraterno diligebat, permisitque Deus, ad manifestandum rarissimæ virtutis exemplum, innocentem feminam insigni calumnia affligi.

affligi. Ejus fama ab improbis proscin-  
 debatur, jamque etiam Augustus suspi-  
 cione violatæ fidei conjugalis tangeba-  
 tur. Ipsa candentis ferri probationem  
 pro more illius ætatis subire non dedi-  
 gnata, nudis pedibus ignitos vomeres  
 illæsa calcavit.

Sæculum XI.

A.C. 1002.

Boll. 3.

Mart.

## §. VII.

*Hungari convertuntur.*

Gisella quoque, Henrici Regis soror,  
 Sanctum maritum sortita est, nem-  
 pe Stephanum Hungariæ Regem, filium  
 Geisæ, Ducis Hungarorum, ex quo in  
 Pannoniam irruerant, hujus nominis,  
 quarti. Qui in suos asper, ita ut ne qui-  
 dem a crudelitatis nota liberetur, in ex-  
 teros tamen præsertim in Christianos li-  
 berali animo erat. Quin edita publice  
 constitutione Christianis potestatem fe-  
 cit, in Regno suo commorandi, jussit-  
 que indigenas, si hospites advenirent,  
 eos benigne suscipere. Clericis & Mo-  
 nachis in conspectum suum admissis pa-  
 tientes aures præbebat. Tandem cum  
 tota sua familia conversus, & baptizatus  
 est, pollicitus effecturum se, ut omnes  
 subditi sibi populi Christianam Religio-  
 nem amplecterentur.

Solicite pensanti Geisæ quid sibi, ad  
 abolendam Infidelitatem, & novam Re-  
 ligionem per Episcopos confirmandam

B 3

agen-

Sæculum XI. agendum esset, per somnum juvenis ob-  
 A.C. 1002. jectus est miræ pulchritudinis, dicens:

*Quod modo cogitas, tu non perficies. Ma-  
 nus cruore humano pollutas habes. Sed  
 filius tibi nascetur, qui exequetur, quod  
 exoptas. Is numero Electorum Dei inse-  
 retur, & postquam regnaverit in terra,  
 Regnum æternum in Cælo consequetur.  
 Interea benigne excipe virum ad te ven-  
 turum, ad salutem animæ tuæ Legatum,  
 ejusque Doctrinam animo tuo imprime.*

*Sup. lib.*

*LVII. §. 48.*

Legatus ille Cœlestis, de quo hic juve-  
 nis, S. Adalbertus Pragensis fuit, qui cum  
 non diu post venisset in Hungariam, ipso-  
 que suadente & Geisa Duce præcipiente,  
 populi in unum locum confluxissent, iis-  
 dem Fidem Jesu Christi annunciavit,  
 permulti fuere baptizati, & in complu-  
 ribus locis Ecclesiæ ædificatæ.

Ducissæ quoque objecta est Visio.  
 Nam prægnanti, & proxime parituræ ap-  
 paruit S. Stephanus, Martyrum primus,  
 significans, ipsam filium in lucem editu-  
 ram, primum Gentis suæ Regem futurum,  
 & jubens, ut eum de suo nomine Ste-  
 phanum appellaret. Puerum natum S.  
 Adalbertus Sacro fonte abluens Step-  
 hanum dixit. Natus est vero Strigonii, ubi  
 deinde adolescentulus primis Gramma-  
 ticæ elementis imbutus, & maxima cura  
 educatus est. Ubi pueritiam egressus  
 est, Dux parens, convocatis Optimatibus,  
 cunctis-

cunctisque Regni sui ordinibus, & iisdem Sæculum XI  
A.C. 1002.  
consentientibus, Successorem suum pro-  
nunciavit, atque omnes novo Principi  
fidem jurare præcepit. Anno deinde  
nongentesimo nonagesimo septimo Geisa  
Dux senio confectus vitam posuit.

## §. VIII.

*S. Stephanus Rex Hungariæ.*

**D**ux juvenis Stephanus totam Hunga-  
rorum nationem ad Fidem Christi  
perducturus, pacem cum omnibus fini-  
timis firmavit. Sed Subditi ipsius Infi-  
deles, ducentibus principibus seditione  
commota, urbes ejus & agros diripie-  
bant, præfectos necabant, ipsum Stepha-  
num laceffere ausi. Ergo ille contracto  
milite in Rebelles, Vesprinum obsiden-  
tes, movet fulgentibus Signis, in quibus  
SS. Martinus & Georgius conspicieban-  
tur. Tum profligatis hostibus eorum  
terras Deo consecravit, fundato Mona-  
sterio in honorem S. Martini Turonensis,  
quem Pannonia, in qua natus est, sem-  
per Patronum coluit. Hoc Monasterium  
in quodam loco, qui Mons sacer diceba-  
tur, ubi S. Martinus, cum in Patria ver-  
saretur, orasse ferebatur, conditum est.

Reportata de seditionis victoria, Ste-  
phanus Dux propagare Evangelium  
omnibus viribus contendit, atque ut Dei  
auxilium sibi conciliaret, largiter elee-

Sæculum XI. A.C. 1002. mosynas effundebat, & sæpe prostratus in pavimento Ecclesiæ, fluentibus lacrymis precabatur. Undique Operarios Evangelicos convocabat; quapropter Presbyteri, Clerici zelosi, Abbates, & Monachi eum adibant, qui, ut tam pium opus promoverent, alacri animo patriam relinquebant. Ceterorum omnium vero nullus illustrior fuit Astrico, alio no-

*Sup. l. LVII* mine Anastasio, illorum sex Monachorum ex numero, quos S. Adalbertus Pragensis e Monasterio Romano S. Bonifacii adduxerat, quando ultimo in Bohemiam venit, eumque Monasterio Breunoviensi, nuper a Duce Boleslao pio fundato, Abbatem præfecerat. Postquam autem S. Adalbertus Bohemos rebelles deseruit, Astricus quoque cum monachis suis in Hungariam migravit, quibus benigne exceptis Dux Stephanus Monasterium in honorem S. Benedicti a se conditum tradidit, Religiosorum virorum colloquiis mire delectatus. His piissimo Principi in conversione populorum ipsi subjectorum egregiam operam conferentibus, (\*) Stephanus tum persuasione, tum illato rebellibus metu, Idololatriam e toto Regno suo eliminavit. Ex Polonia etiam duo

---

(\*) Ex his liquet, in conversione Regni Hungariæ Sacri Ordinis nostri non ultimas partes fuisse.

duo Sancti Viri advenere, alter Zoëar-Sæculum XI.  
 dus, seu Suiradus, cognomento Andreas, A.C. 1002.  
 alter nomine Benedictus, qui vitam ana-  
 choreticam amplexi sunt. Benedictus, *Elog. Sæc. 6.*  
 a grassatoribus occisus, Martyribus ac- *Act. Ben. p.*  
 censetur. Andreas compluribus miracu- 25.  
 lis claruit.

Cum vero Stephanus Dux perbene  
 intelligeret, nascentem Ecclesiam sine *Chart. c. 7.*  
 Pastoribus firmas radices agere non pos-  
 se, totam Regionem in decem Episco-  
 patus divisit, Strigonium Metropolim  
 esse iussit, atque Sebastianum, monachum  
 virtutibus insignem, e monasterio S. Mar-  
 tini evocatum, Archiepiscopum consti-  
 tuit. Astricum Abbatem eligi Episco-  
 pum Colociensem curavit, & Anastasium  
 nominari voluit. Anno deinde post obi-  
 tum Patris sui quarto, nempe Jesu Chri-  
 sti millesimo, Stephanus Astricum Ro-  
 mam remisit, ut a Papa novorum Episco-  
 patuum confirmationem, & ipsi Duci Co-  
 ronam Regalem (\*) expeteret, quo ad  
 ea, quæ pro bono Ecclesiæ destinata ha-  
 bebat, majore auctoritate gauderet. *S. Stephanus*  
*Rex.*

B 5

Ubi

(\*) Ex hoc & sexcentis similibus factis in Histo-  
 ria Ecclesiastica occurrentibus confunduntur Pro-  
 testantes, contemptores Romanorum Pontificum,  
 quos omnis retro antiquitas usque adeo venera-  
 ta est, ut non solum confirmationem Episcopa-  
 tum,

Sæculum XI. Ubi Anastasius Romam pervenit, &  
A.C. 1002.

omnia, quæ Stephanus Dux ad propagandam Religionem Catholicam in sua Republica egisset, retulit, Papa lubentissimo animo non coronam modo concessit, sed & Crucem adjecit, quæ ante novum Regem, cum procederet, publice tanquam Apostolatus signum præferretur. *Ego enim, inquebat Pontifex, Apostolicus sum & dicor, sed & Stephanus dici meretur Apostolicus, postquam tantam populi multitudinem JEsu Christo genuit.* Jam ab aliquot Sæculis Papa, simpliciter Apostolicus dici solebat.

Postquam vero Anastasius Episcopus epistolas Pontificis, Coronam, Crucemque in Hungariam attulit, Præsules, Proceres, Clerici, populusque conveniunt, Dux Stephanus Rex salutatur, ungitur, & solemniter coronatur. Ipse edita Constitutione prohibuit, ne debiliores a potentioribus opprimerentur, pacem & bonos mores in Regno stabilivit. Gisellam quoque uxorem suam, Henrici Imperatoris Sororem, coronari voluit, piissimam Principem, quæ & ipsa maxima beneficia contulit Ecclesiis & Monasteriis, præfer-

---

num, quod spirituale est, sed etiam Coronas Regales, quod politicum & sæculare, maximi orbis Principes ab iis sibi expetendas esse existimaverint.

præsertim Ecclesiæ Vesprinensi, quam e  
 fundamentis extructam ornavit, & vasis Sæculum XI.  
 Sacris locupletavit. Rex Metropolim A.C. 1002.  
 aliasque Ecclesias a se fundatas magnis  
 redditibus auxit, amplissimas earum Dice-  
 ceses designavit, & iis dignissimos Anti-  
 stites præfecit. Abbatiis quoque agros  
 & servos Regia munificentia contulit,  
 quoad vixit in rem Ecclesiasticam magis  
 magisque profusus, ne cura rerum ne-  
 cessariarum Monachos ab officio Divino  
 abstraheret. Ceterum solícite jam ipse,  
 jam jussu ipsius alii in vitam & mores  
 monachorum inquirebant, tepidos in-  
 crepabant, & fervidos Regiæ amicitia  
 honore excitabant. Canonicos Step-  
 hanus Episcoporum curæ commendabat.

Sebastiano Archiepiscopo Strigoniensi  
 oculis capto, Rex, consentiente Papa,  
 cæco Successorem dedit Anastasium, Epi-  
 scopum Colociensem. Sed elapso trien-  
 nio, cum Sebastianus iterum lumen re-  
 cepisset, loco cedens Anastasius ad Eccle-  
 siam suam rediit, Pallium approbante  
 Summo Pontifice retinens. S. Stephanus,  
 voto edito prorsus singulari, se ipsum &  
 Regnum suum Tutelæ Sanctæ Virginis  
 commisit, atque in civitate Alba Regali  
 ejus honori Sacram Ecclesiam magnifi-  
 centissimæ structuræ ædificari jussit. Cho-  
 ri parietes opere sculptili ornabantur, pa-  
 vimentum marmore stratum nitebat, Hungaria sub  
Sanctæ Vir-  
ginis Mariæ  
Patrocinio.  
 com-

Sæculum XI. complurium Altarium mensæ ex auro  
A.C. 1002. puro erant, gemmis distinctæ, & super  
 Altare Ciborium seu Tabernaculum mi-  
 ræ artis & elegantiæ, ad S. Evcharistiam  
 condendam stabat. Ecclesiæ thesaurus  
 vasis aureis, argenteisque, christallinis,  
 & onychinis, atque vestibus pretiosissi-  
 mis abundabat. Voluit autem Rex, ut  
 hæc Ecclesia ipsi soli & nulli Episcopo-  
 rum esset subiecta. In illis diebus, qui-  
 bus Absolutio pœnitentibus esset tri-  
 buenda, aut Sacrum Chrisma conficien-  
 dum, Regis erat Episcopum deligere, qui  
 his ministeriis fungeretur, & ipso præsen-  
 te Missam celebraret. Rege absente  
 nulli Episcopo potestas erat quodcunque  
 munus in ea peragendi, sine licentia Præ-  
 positi & Monachorum, qui etiam deci-  
 mas a populo huic Ecclesiæ subiecto ac-  
 cipiebant, exclusis Episcopis. Nunquam  
 huc usque hujusmodi exemptionem in  
 Historia Ecclesiastica notavi, & dubito,  
 an Sanctus Rex eam concessisset, si Disci-  
 plinæ Ecclesiasticæ regulas probe no-  
 visset.

S. Regis zelus Regni sui limitibus in-  
 cludi non potuit. Monasterium funda-  
 vit Jerosolymæ, agrosque & vineas coe-  
 mit, unde Monachi congruos redditus  
 acciperent. Romæ Collegium duodecim  
 Canonicorum, & Hospitia instituit, ad  
 quæ Hungari ad limina SS. Apostolo-  
 rum

rum peregrinantes diverterent. Tandem Ecclesiam ornatissimam etiam Constantinopoli (\*) ædificari suis sumptibus jussit. Fama tantæ pietatis illecti plerique peregrini ex Italia & Gallia, qui Jerusalem commeabant, relicto consueto itinere maritimo per Hungariam viam ingressi sunt. Rex Stephanus cunctos ut fratres dilectos excipiens donis & beneficiis cumulabat. Hinc tanta benevolentia plurimos nobiles & ignobiles ad hanc peregrinationem suscipiendam invitavit.

Sæculum XI.  
A.C. 1002.

Glab. l. III.

c. I.

§. IX.

*S. Nili extrema.*

In Italia S. Nilus Stephanum amiserat, carissimum Discipulum, quo tanquam exemplari & instrumento, ut ita dicam, ad alios corrigendos utebatur. Nam si forte, S. Nilo in Ecclesia ad populum dicente, quisquam somno victus stertebat, *sine dubio*, ajebat Nilus, *tam validos ronchos Stephanus ducit*, eumque ex Ecclesia exire jubebat. Sæpe eum sedentem ad mensam abigebat, quasi incondite voraret. Denique Stephanum castigabat, quotiescunque delinquebant alii

vit. p. 159.

(\*) Ex hoc loco contra Protestantes eruitur, concordiam & communionem inter utramque Ecclesiam Latinam & Græcam perdurasse,

Sæculum XI. alii, ut eos doceret, & hujus patientiam  
A.C. 1002. probaret. Ipius ergo mortem tenerrimo affectu dolens Nilus, tumulum, qui duos caperet, præparari jussit, quo & ipse, ubi decessisset, inferretur. Sed Princeps Cajetanus, vir piissimus, & merita S. Nili maximi faciens, ubi causam duplicis sepulchri comperit, ad circumstantes ait: *Absit, ut si Sanctus Senex moriatur, ejus corpus ibi relinquam. Sed in civitatem meam transferam, cui præsidium sit & tutela.* Cum hæc verba ad S. Nilum fuissent delata, constituit sedem mutare, & se conferre in locum, in quo omnibus ignotus viveret. Morte enim miserrima extingui potius cupiebat, quam ab ullo mortalium Sanctus haberi. Quin iracundus & furiosus videri volebat, usque adeo, ut non nunquam non intelligentes falleret, & scandalo esset. Ergo monasterium Serperitanum relicturus, in quo annis ferme decem versatus fuerat, vix equum conscendere valens, quippe decrepita senectute debilitabatur, Romam versus iter instituit. Fratribus abitum ejus lugentibus ait: *Vado ut Monasterium præparem, in quo omnes filios meos dispersos colligam.*

Ita pervenit Tusculum, duodecimo ab urbe lapide, seu quatuor leucis, situm; prope modicum Græcorum Monasterium, quod a S. Agatha dicebatur. Hunc locum;

locum, ultimum sibi in vita tabernacu-  
 lum, elegit Nilus, nec ulla ratione am-  
 pliùs a proposito dimoveri se passus est  
 sive a fratribus, qui ipsum secuti fuerant,  
 sive ab Optimatibus Romanis, eum in-  
 visentibus, & obtestantibus, ut Romam  
 saltem amore Apostolorum intraret.  
 Nam ei familiare erat dicere: *Non sum  
 dignus vel nominare SS. Apostolos. Sed  
 qui fidem, licet modicam, habet, hic quo-  
 que SS. Apostolos venerari potest. Hic  
 nullum mihi nisi mortis obeundæ nego-  
 tium.* Gregorius Tusculi Comes, tyran-  
 nide & multis injuste actis notissimus,  
 cetera vir ingenii & iudicii vi pollens,  
 S. Nilum adiit, atque ad ejus pedes pro-  
 stratus, inquit: *Peccata mea maxima in-  
 dignum me efficiunt, ut tantum Dei Ser-  
 vum sub tectum meum recipiam; quia ta-  
 men exemplum Magistri tui secutus ad me  
 peccatorem, relictis justis, divertisti, en-  
 domum meam, en civitatem & totam re-  
 gionem, bis, ut lubet, utere.* Cum S. Ni-  
 lus locum petiisset, in quo ab omni hu-  
 mano strepitu remotus orationi vacare  
 posset, lætus Gregorius concessit, quod  
 exoptabat, videlicet angulum in ruderi-  
 bus cujusdam prædii Ciceronis, quod  
*Grotta ferrata* dicebatur.

Sæculum XI.  
A.C.1002.*vid. Kircheri  
Lat. p. 57.*

At Fratres, qui in monasterio Serpe-  
 ritano remanserant, cum post duorum  
 mensium spatium comperissent, Nilum  
 Patrem

Sæculum XI. Patrem ad se non amplius rediturum,  
 A.C.1002. acceptis palliolis suis, ovinis pellibus, &  
reliqua paupere supellectile ad locum  
 novo monasterio condendo designatum  
 nempe ad *Grottam ferratam* se contule-  
 runt. Quod ubi S. Nilo nunciatum, in  
 spiritu exultans misit, qui suo nomine  
 dicerent: *Satis est, fratres mei, quod*

S. Nilus mo- *amore mei usque ad illum locum venire*  
 riens. *non estis gravati. Manete ibi, usque dum*  
*ad vos perrexero.* Jamque ad *Grottam*  
*ferratam*, a S. Agatha, ubi ipse degebat,  
 tertio lapide positam, pedibus iter face-  
 re parabat, cum subito vitæ suæ finem  
 imminere sensit. Ergo fratres, qui apud  
 ipsum erant, & Paulum, cui jam diu Præ-  
 positi munus destinabatur, convocat,  
 suos eis distribuit centones, nihil enim  
 aliud habebat, & rogat, ut Sancta My-  
 steria sibi præberi curarent. Tum ait:  
 obsecro, cum mortuus fuero, corpus  
 meum statim injecta terra condite. In  
 nulla Ecclesia me sepelite, nec supra lo-  
 cum sepulchri vel fornicem, vel quod-  
 cumque aliud ornamentum ponite. Cun-  
 ctis deinde Benedictionem impertitus, in  
 lectulo suo membra extendit, & toto bi-  
 duo nec locutus est, nec oculos aperuit,  
 sed orare videbatur, nam labia moveban-  
 tur, & dextra signum Crucis formabat.

Cum Gregorio Comiti fuisset indi-  
 catum, S. Virum cum morte luctari, ad-  
 vola-

volavit cum Michaelē excellentissimo Medico, & jacentem amplexus lacrymis fluentibus, Pater mi, agebat, Pater mi! cur me tam cito deseris: nempe peccata mea horres. Tum manus exosculans addebat: jam me manus tuas osculantem non amplius, ut solebas, repellis dicens: non sum Episcopus, nec Presbyter, nec Diaconus, sed monachus græculus. Hæc dicens Gregorius tantam lacrymarum vim fundebat, ut eum adstantium nemo sicis oculis aspicere posset. Medicus meantis sanguinis mensuram apprehensa S. Senis dextra explorans affirmabat, nec febris, nec ullum instantis mortis vestigium sibi liquere.

Tandem omnibus recedentibus, quia tempus monebat, cantandas esse Vesperas, Fratres Sanctum Virum in Ecclesiam deferre statuerunt. Nam Festum S. Joannis Evangelistæ aderat, quod Græci vigesima sexta Septembris celebrant, & non nesciebant, quam devote Sanctorum Festa colere solitus fuisset & sæpe dicere, monachum in Ecclesia mori decere. Itaque illuc transfertur; tumque officio Vespertino completo & sole jam merso Vir Sanctus expiravit. Monachi tota nocte cantando Psalmos & preces funebres consumpta, ubi illuxit, lectulum unacum corpore cum cereis & incenso ad illum locum, in quo a ceteris

*Hist. Eccles. Tom. XIV.*

C

fra-

Sæculum XI.  
A.C. 1002.

p. 169.

Sæculum XI. fratribus expectabatur, nempe Grottam  
A.C. 1002. ferratam, deferunt. Utraque monacho-  
 rum caterva sibi in via occurrente auctus  
 est dolor. Gregorius quoque Comes mœ-  
 rens, & regionis illius confluentes inco-  
 læ pompam funebrem claudebant. Ex-  
 inde tota illa Congregatio Abbasque  
 Paulus apud S. Nili tumultum sedem fi-  
 xerunt, manibus suis laborantes, & non  
 sine sudore pane suo vescentes, quia ille  
 locus alimenta nulla præbebat. Brevi  
 tamen temporis spatio celebre Monaste-  
 rium ibi conditum. Ecclesia S. Nili me-  
 moriam ipsa obitus die colit, vitam ve-  
 ro ejus aliquis Discipulorum græco ser-  
 mone & bona fide scripsit.

*Mart. Rom.*  
*26. Sept.*

§. X.

*Concilium Romanum.*

*tom. 9. Conc.* Sub finem anni millesimi secundi, nem-  
*p. 1246.* pe tertia Decembris, Indictione pri-  
 ma, cum Silvester II. Papa Romæ Syno-  
 dum in Palatio Lateranensi convocasset,  
 Petrus Scriniarius dixit: *Domine Papa!*  
*hic Abbas tuus S. Petri prope Perusium*  
*queritur, quod Conon, Episcopus Perusi-*  
*nus ipsum armata suorum satellitum manu*  
*sub Altare monasterii tui confugientem*  
*abstrahi, atque ex Ecclesia & domo expelli,*  
*omniaque ad monachorum usus ibi servata*  
*diripi jusserit. Conon Episcopus respon-*  
*dit: Facile demonstrare possum, nec mea*  
*volun-*

voluntate, nec præcepto hæc facta esse. Sed *Sæculum XI.*  
 tu, Sanctissime (\*) Pater! mibi Ecclesiam *A. C. 1002.*  
 Perusinam commisisti, & ad jurandum com-  
 pulisti, nunquam me consensurum, ut illius  
 juribus quidquam detraberetur. Nunc  
 vero Monasterium istud ad meam Eccle-  
 siam pertinet, & si res secundum Canones  
 discuteretur, nullum jus vestro Apostolatu  
 competeret. Econtra Papa affirmavit, se  
 illud Monasterium in Dominio Ecclesiæ  
 suæ invenisse, jussitque privilegia Papa-  
 rum perlegi. Reposuit Episcopus Pe-  
 rusinus, prius ex illis datum privilegium  
 fuisse sine consensu Antecessoris sui. Sed  
 totus Clerus Ecclesiæ Romanæ ait, se epi-  
 stolam Antecessoris ejus vidisse, qua non  
 modo consensisset, sed etiam ut id fieret  
 obnixè postulasset. His auditis Episco-  
 pus secundum sententiam Concilii, juri  
 in Monasterium S. Petri renunciavit, il-  
 lud Papæ reddidit, & osculum pacis Ab-  
 bati tribuit.

Hic Abbas ad S. Petrum Perusii, & *Mabill. Sæc.*  
 ipse Petrus dictus, hoc Monasterium, *6. p. 70.*  
 consentiente Honesto Episcopo in Eccle-  
 sia, quæ in exordiis Cathedralis erat,  
 primus instituerat. Obiit anno millesi-  
 mo septimo, decima Julii, exinde San-  
 ctis adscriptus.

C 2

§. XI.

(\*) In ipsis Actis legitur: *Omnium Pontifi-  
 cum Pater!*

Sæculum XI.

A.C. 1003.

§. XI.

Silvestri II. obitus. Joannes XVII. Papa.

*Epit. ap. Ba-  
ron. Raspon.  
p. 75.*

Silvester II. Papa anno sequente, millesimo tertio, decima tertia Maji, postquam Sacram Sedem tenuisset plus annis quatuor, e vivis migravit. (\*) Sepultus est ad S. Joannem in Laterano. Cumque post aliquot Sæcula illa Ecclesia, anno millesimo sexcentesimo quadagesimo octavo, repararetur, inventum est ejus corpus in arca marmorea, vestibus Pontificalibus indutum, Mitra ornatum, brachiis decussatis, unde odor amœnus exhalabatur. Quamprimum vero aer incidit, cuncta in pulverem resederunt, nihilque nisi crux argentea & annulus Pastoralis superfuit. Præter epistolas, quarum mentionem feci, habemus Sermones

\* conflagavit.

(\*) Fabula de Silvestro in quibusdam legitur hujusmodi: *Hispalim profectus Silvester studii causa, ibique a Saracenis Hispanis eductus in Oraculum sibi conflasset\* Statuæ caput ex certo Siderum cursu, ut ex eo fatum expiscaretur. Homagium itaque cum fecisset Diabolo, ut sibi ad votum omnia succederent, id quod Dæmon promisit adimplere, Iste obsequiis Diaboli insistens, frequenter super desideriis suis cum eo loquebatur, Et quæ petebat Gerbertus Diabolus implebat &c. Palat. in Silvest.*

nes Silvestri, jam Papæ, ad Episcopos di-  
rectos, in quibus eos ad officium Episco-  
pale implendum exhortatur, & Simonia  
scelus execratur. Episcopum Neo-Ele-  
ctum inducit in hunc modum loquen-  
tem: *Ordinatus fui ab Archiepiscopo, cui  
præmii loco dedi centum Solidos aureos.  
Sed si fortuna me amet, & vitam indul-  
geat, pecuniam istam nequitam perditam  
censeo. Aurum quippe refundent Pres-  
byteri, Diaconi, aliique Altaris Ministri,  
quos ordinaturus sum. Abbates quoque  
& Ecclesias nequitam gratis consecrabo.*  
Memorat, in Ordinatione Episcopi po-  
pulum solitum fuisse proclamare: *Di-  
gnum & justum est!* Successor Silvestri II.  
fuit Joannes XVII. (\*) cognomento Sic-  
cus,

Sæculum XI.  
A.C. 1003.

Mabil. Ann.  
to. 2. p. 16.  
p. 230.

C 3

(\*) Hic iterum non tam ad Numerum adje-  
ctum, quam ad annum Regiminis, atque Ante-  
cessorem & Successorem attendendum.

Eminentissimus Baronius ad hunc locum:  
*Turbarum harum eam intelligimus extitisse cau-  
sam, quod defuncto Ottone Imperatore, qui duos  
jam promovisset ad Pontificatum ultramontanos  
homines, Gregorium atque Silvestrum, quos æque  
auctoritate Imperatoria atque potentia in ea-  
dem Sede continuisset; jam res relapsa est ad  
Comites Tusculanos, præcipuos; ut vidimus, in  
Urbe Procures: quorum factio cum prævaluis-  
set, duos hos Joannes in Sedem Apostolicam  
collocandos elaboravit, quos & nomine Præde-  
cesso-*

Sæculum XI. cus, qui postquam Sacram Sedem mensibus non plus quinque tenuisset, ultima die Octobris anno 1003. obiit, & in Monasterio S. Sabæ sepultus est. Exinde postquam S. Petri Cathedra mensibus quatuor & dimidio vacasset, decima nona Martii anno millesimo quarto, Papa ordinatus est Joannes XVIII. alio nomine Fasanus, patria, sicut ipsius Antecessor, Romanus, qui sedit annis quinque. Quidam Scriptor hujus Sæculi refert, tunc Romæ Monasteria Virginum viginti, Monachorum quadraginta, Canoniorum sexaginta, illis, quæ extra Urbem erant, non recensitis, fuisse numerata.

*Arnulph.  
Com. to. 2.  
antig. lett.  
Canis. p. 114.*

## § XII.

*S. Henricus Rex Italiæ.*

*Muratori  
Anecd. to. 2.  
p. 204.*

Ex quo Otto III. e vivis abierat, Henricus necdum Rex Italiæ habebatur. Nam Principum aliquis Longobardus, nomine Arduinus, seu Harduicus, Ticini in die Dominica, decima quinta Februarii, anno 1002. tribus postquam Otto decessor

*cessorum ejus factionis Pontificum voluerit nominari, & eo pariter numero consignari, quo omnes ipsorum studiis promoti, & eo nomine insigniti etiam Pseudopontifices includerentur, ut nefarius ille (Joannes XVI.) qui sedit in Schismate contra Gregorium Joannes Placentinus &c.*

decessisset septimanis vix elapsis corona-<sup>Sæculum XI.</sup>  
 tus fuerat. Quare Henricus Rex, ubi <sup>A.C. 1004.</sup>  
 floridum ver militum turmas educere <sup>Ditm. lib. 6.</sup>  
 permisit, superatis alpibus anno 1004. <sup>p. 61. Chro.</sup>  
 in campis Veronensibus castra posuit, <sup>Saxo. 1004.</sup>  
 ibique Festum Paschale, hoc anno in diem  
 decimam septimam Aprilis incidens, ce-  
 lebravit. Tum Brentam cum exercitu  
 trajecit, Arduinum occupaturus, adver-  
 sam ripam cum copiis obtinentem. At  
 ille adventum hostis expectare non au-  
 sus fuga se proripuit. Tum Henricum  
 Brixia Archiepiscopus Ravennas, ejus-  
 que Suffraganei exceperunt, Pergami  
 vero eidem fidem juravit Archiepiscopus  
 Mediolanensis, qui Principem Ticinum  
 secutus, eum in Ecclesiam S. Michaelis  
 deduxit, ubi totius Longobardia Opti-  
 mates eodem Archiepiscopo duce Hen-  
 ricum Regem elegerunt, coronaruntque  
 medio mense Majo, postquam Arduinus  
 annis duobus totidemque mensibus re-  
 gnasset. Qui ei adhærebant, collectis vi-  
 ribus seditionem commovent, & urbem  
 Papiensem maximam partem flammis  
 vastant. At Henricus Rex rebellibus  
 domitis celeriter Germaniam repetens  
 Festum S. Joannis Argentorati celebra-  
 vit.

Sæculum XI.  
A.C. 1004.

§. XIII.

*S. Abbonis Floriacensis obitus.*

*vit. c. 16.* *17. Et.* *Glab. III.* *6.3.* In Francia Abbo Floriacensis in Vasconiam secundo profectus est, Monasterium, quod latine Regula, lingua vulgari *la Reole* dicebatur, reformaturus. In itinere ab Abbatibus & Proceribus honorifice exceptus, ad dictum monasterium circa Festum S. Martini pervenit, cumque ejus comites cum Vasconibus ob negatum equorum pabulum rixari cœpissent, temeritatem eorum, qui viribus destituti potentiores se laceßere auderent, acriter objurgavit, atque adventum Comitis Burdegalensis, & Vicecomitis hujus monasterii Advocati, expectare jussit, quippe propediem adfuturos constabat, ut Abboni in perficiendo Reformationis opere præsidium præstarent. Totum deinde monasterium lustrans Abbo, & admirans, naturali situ esse munitissimum, ridendo dixit: *Jam ego Rege Francie, Domino nostro, potentior sum, habens arcem in loco, ubi nemo ejus exercitus formidat.*

Alterâ die, decima tertia Novembris, anno 1004. Abbas cuidam ex Monachis Vasconibus exprobravit, quod sine sua licentia extra monasterium prandium sumpisset. Ille ad Abbatem nihil, sed præsentibus, quam impatienter id ferret,

ferret, gestu prodidit, exortusque est <sup>Sæculum XI.</sup>  
 muliebris clamor, quasi signum ad sedi- <sup>A. C. 1004.</sup>  
 tionem ederetur. Inter hæc, Vasconi-  
 bus & Francis jurgantibus, aliquis Fran-  
 corum ira incitatus Vasconem fuste per-  
 cussum in terram dejecit. Mox altera  
 pars alteram lapidibus insectari. Pro-  
 currit e monasterio Abbas rixas sua præ-  
 sentia compositurus, cujus latus Vasco  
 lancea perforat, vi tanta, ut tota acies  
 intra costas conderetur. Non exclama-  
 vit Abbas, sed voce temperata: *Animam*  
*elidit mihi homo iste.* Aimoinus mona-  
 chus, qui vitam Abbonis scripsit, tunc  
 ejus sequens vestigia, & videns sangui-  
 nem e latissimo vulnere prorumpere, pal-  
 lens tremensque adstabat, cui Abbas se-  
 reno vultu: *Quid faceres, si ad te ipsum*  
*pertineret clades?* Obiit vero Abbo ea-  
 dem die, & præter eum non nulli ex  
 ipsius sociis necati, alii sauciati. Sepul-  
 tus est in Ecclesia illius loci, & Martyri-  
 bus accensus, quin & quædam mira-  
 cula ad ejus tumulum patrata referun-  
 tur. At Bernardus Dux Vasconiæ ab  
 interfectoribus pœnas pro merito exe-  
 git, quorum aliqui suspendio, aliqui <sup>Adimar.</sup>  
 flammis concremati perierunt. <sup>Chro.</sup> Mona-  
 sterium vero Regulense Floriacensi, cui  
 de jure debebat, etsi de possessione liti-  
 garetur, subjecit.

Sæculum XI.  
A.C. 1004.

§. XIV.

*Concilium Pictaviense, & alia.*

tom. 9. Conc.  
p. 78.

Sub idem tempus, incertum quo anno, Concilium Pictavii decima tertia Januarii celebratum, quod Guilielmus V. cognomento *Magnus*, Comes Pictaviensis & Dux Aquitaniæ, Princeps pietate illustris, convocavit. Aduere Episcopi quinque, videlicet, Seguinus Burdegalensis, Giselbertus Pictaviensis, Hilduinus Lemovicensis, Grimoardus Engolismensis, Islo Santonensis, & Abbates duodecim. Tres Canones conditi, quorum primum, in quo de pace agitur, Dux & Proceres sub pœna Excommunicationis, & datis obsidibus servare promiserunt.

In eo articulo primo itaque constituitur, ut ob res ante annos quinque Ecclesiis ablatas, vel futuris temporibus auferendas actio coram Principe, vel pagi illius Judice moveretur. Morem non gerentem Princeps vel Judex inferior compellat, aut obsidem perdat. Si vero per viam Juris raptores comprimere non possint, Proceres & Episcopos, qui in Concilio præsentis fuere, convocent, in Rebelles moveant, agros vastent, donec rei quod ratio postulat facere cogantur. Obsides dati & Excommunicatio pronunciata, secundum tres Canones in Concilio Carrovensi, in eadem provincia,

tom. 9. Conc.  
p. 733.

cia, anno 989. celebrato editos. In illis <sup>Sæculum XI.</sup> anathema dicebatur omnibus, qui Eccle- <sup>A. C. 1004.</sup> sias effringerent, pauperes spoliarent, aut Clericos inermes cæderent. Atque ex his duobus Conciliis clare cognoscimus, quam frequenter & impune tunc plerique latrocinaerentur, cum malum non nisi extremis remediis tolli posset. Ceteri duo Canones Concilii Pictaviensis prohibent, ne Episcopi quidquam pro injuncta pœnitentia, vel collata Confirmatione a Fidelibus acciperent, & ne Presbyteri Diaconique, domi suæ mulieres alerent.

Eodem ferme tempore complura Concilia in Italia & Gallia celebrata. Prohibitum Episcopis, ne jejunia illo tempore, quod inter Ascensionem & Pentecosten intercedit, excepta Vigilia Pentecosten, indicerent, sed permittitur, privatæ devotionis causa jejunare. Quærela proposita, quod Monachi in Adventu & Quadragesima contra consuetudinem Ecclesiæ Romanæ Hymnum Te Deum cantarent. Illis respondentibus, <sup>De Monachis.</sup> id se facere secundum Regulam S. Benedicti a S. Gregorio approbatam, dixerunt Episcopi, oportere monachos suam servare consuetudinem. Illa quoque Quæstio mota, an non Festum Annuntiationis, quod jam illa ætate vigesima quinta Martii agebatur, magis extra tempus

Sæculum XI.  
A.C. 1004. pus Quadragesimæ celebrari expediret, & aliqui arbitrabantur, illud Festum ad decimam octavam Decembris more Hispanorum esse transferendum. Sed vicit antiqua consuetudo.

Hoc Sæculo undecimo ineunte Ecclesiæ, præsertim in Italia & Gallia, reparabantur, quamvis id plerisque non esset necessarium. Sed æmulatione populos urente, in sua patria elegantiora quam uspiam alibi templa reperiri jactabant. Ergo omnes Ecclesiæ Cathedralis, Monasteria, quin etiam parva Sacella restaurantur. Inter alias etiam Ecclesia S. Martini Turonensis diruta, & cura Herivei thesauro præfecti iterum magnificentius excitata.

## §. XV.

*Heriveus Thesauro Ecclesiæ Turonensis Præfectus.*

*Glab. ibid.* **H**eriveus ex primis Francorum stirpibus natus, cum artibus liberalibus operam dare cœpisset, vehementiore Salutis suæ desiderio accensus clam monasterium ingressus est. Monachi vero, quod nobilium Consanguineorum iram formidarent, eum recipere non ausi, promiserunt, se ipsi futuro tempore Habitum duros, ubi voluntas parentum non obstitisset. Herivei Parens, com-  
perto,

perto, quo confugisset, ad monasterium Sæculum XI.  
 furore ardens contendit, & acriter ob- A.C 1004.  
 jurgatum ad Palatium Roberti Regis  
 invitum deducit, rogans Principem, ut  
 Regia beneficia promitteret, atque filium  
 a proposito revocaret. At e contra pius  
 Rex collaudatum juvenem ad perseve-  
 randum hortatus, thesauro S. Martini  
 Turonensis præfecit, eundem ad Episco-  
 patum evecturus. Pluribusque deinde  
 Ecclesiis vacantibus Rex Heriveum Epi-  
 scopum dare voluit, sed ille Sacerdota-  
 lem honorem accipere constanter recu-  
 savit.

Quin etiam Heriveus vix permoveri  
 potuit, ut officium Ærario præfecti in se  
 reciperet; nam quamvis habitu Cano-  
 nicorum candido incederet, Instituto  
 tamen monastico, ut poterat, inhære-  
 bat. Cilicium carni admotum gere-  
 bat, semper jejunabat, vigilabat, orabat-  
 que assidue, & largiter eleemosynas  
 spargebat. Tandem animo constituit  
 S. Martini Ecclesiam majore & augustio-  
 re forma ædificare, cumque a fundamen-  
 tis cœpisset opus sumptuosissimum usque  
 ad fastigium consummavit. Complures  
 re perfecta invitavit Episcopos ad Eccle-  
 siam suam dedicandam, atque aliquot  
 diebus Solemnem Ritus præcedentibus  
 Deum orasse fertur, ut aliqua miracula,  
 qualia superiore tempore in Dedicatione  
 Eccle-

Sæculum XI. Ecclesiarum facta legerentur, patraret,  
A.C. 1004. porro inter has preces in terram prostra-  
 to conspicuum se obtulisse S. Martinus, eique dixisse. *Fili mi, his majora a Deo impetrare valeres; sed præteritorum Sæculorum miracula sufficere debent huic ætati, cui Mundi finis non dubitatur esse propinquus. Nihil petendum, nisi animarum Salus. Et ego quidem pro Salute omnium orare non cesso, præsertim illorum, qui huic Ecclesiæ serviunt. Dedicatio Ecclesiæ, quæ hodieque existit, in Festo Translationis S. Martini, quarta Julii, peracta.*

Heriveus exinde Cellulæ prope Ecclesiam se se addixit, rigorem vitæ augens & orationi jugiter intentus. Annis quatuor elapsis, mortis suæ præsciens in morbum incidit, cumque complures ad ægrotantem inviserent, credentes, ipso defuncto, Cælum prodigia esse editurum, ait; nullum certissime eos visuros miraculum, sed abjecta hac spe, Deum pro se orarent. Ita anno 1024. sancto sine quievit.

## §. XVI

*Ecclesia Lochiensis.*

**F**ulco Comes Andegavensis, inferni pœnas metuens, quod multum sanguinis humani in variis præliis fudisset, *Glab. l. II. c. 4.* Jerosolymam peregrinatus, ubi rediit, animo

animo constituit ædificare monasterium Sæculum XI.  
 Fratribus, diu noctuque pro Salute ani- A.C. 1004.  
 mæ ejus oraturis. Itaque fundato Mo-  
 nasterio Bellogiensi, (Beaulieu) a Lochiis  
 mille passibus distito, & Ecclesia pulcher-  
 rima brevi tempore perfecta, misit Nun-  
 cios ad Archiepiscopum Turonensem  
 Hugonem, in cujus Diœcesi erat Eccle-  
 sia, qui suo nomine rogarent, ut veni-  
 ret, & Dedicationem perageret. Re-  
 spondit Archiepiscopus: *Nequeo Deo*  
*offerre vota viri, qui Ecclesiæ meæ com-*  
*plures agros servosque subtraxit. Si*  
*enim Deo placere vult, nihil antiquius*  
*habeat, quam ea restituere, quæ aliis*  
*contra fas abstulit.*

Tantæ constantiæ responso incitatus  
 Comes minas in Archiepiscopum protu-  
 lit terribiles; moxque magna auri ar-  
 gentique vi confarcinata, Romam iter  
 instituit, ubi causa sua Joanni Papæ ex-  
 posita, pretiosa dona obtulit rogans, ut  
 Ecclesiam suam dedicari juberet. Misit  
 Papa cum Fulcone in patriam redeunte  
 Cardinalem Petrum nomine, additis  
 mandatis, quæ Comes petebat, intrepide  
 perficeret. At Galliarum Episcopis  
 factum non probabatur; quippe Eccle-  
 siasticæ Disciplinæ male consuli judica-  
 bant, si Papa exemplum daret contem-  
 nendi Canones, prohibentes, ne quis  
 Episcoporum in Diœcesi alterius sine  
 ipsius

Sæculum XI. ipsius consensu quidquam moliatur. De-  
A.C. 1004. dicationis die in mense Majo præstituta,  
 innumerabilis populi multitudo conflu-  
 xit, sed nulli Episcopi nisi ex Ditione Co-  
 mitis, & ipsi inviti adfuerunt. Finitis  
 Cæremoniis ipsa Dicationis die circa  
 horam nonam aeris serenitas subito tur-  
 batur, horrida ingruit tempestat, atque  
 ventorum turbines, novæ Ecclesiæ cul-  
 mine diu jactato, tandem non tegulas  
 modo, sed etiam totam tignorū compa-  
 gem dejiciunt. Hunc casum in pœnam  
 violatæ Disciplinæ Ecclesiasticæ Cœlitus  
 immissum omnes crediderunt. Quam-  
 vis enim Sedis Apostolicæ Dignitas Pa-  
 pam ceteris omnibus Mundi Episcopis  
 venerabiliorem efficiat, non tamen ei  
 licet Canones transgredi, & quia quilibet  
 Episcopus est Sponsus Ecclesiæ suæ,  
 in qua Salvatoris personam gerit, nullum  
 omnino Episcopum decet alterius Dicc-  
 cesis jura lædere. Hæc sunt verba Ru-  
 dolphi Glabri illius ætatis Historiæ Scri-  
 ptoris, qui nihilominus, cum esset mo-  
 nachus Cluniacensis, neminem sibi Præ-  
 positum quam Abbatem suum & Papam  
 agnoscebat.

## §. XVII.

*Monasterium Fecamense reformatur.*

*Sup. lib.*  
*XXXIX.*  
*p. 30.*

**R**ichardus I. Dux Normanniæ animo  
 constituerat reformare Abbatiam  
 Feca-

Fecamensem, Sæculo VII. pro Virgini- Sæculum XI.  
 bus fundatam, a Normannis deinde In- A.C. 1004.  
 fidelibus destructam, & tunc a Canonicis  
 vitæ dissolutæ occupatam. Misit ergo *vit. Guil.*  
 nuncios Cluniacum ad S. Majolum, tunc *Act. SS.*  
 illius Monasterii Abbatem, qui suo no- *Ben. Sæc. 5.*  
 mine rogarent; ut veniret, & dictum *p. 341. 351.*  
 Monasterium reformaret. Respondit vir  
 Sanctus, se iter suscepturum ea conditio-  
 ne, si Dux in toto suo Ducatu illam pen-  
 sionem abrogare vellet, quæ pro facul-  
 tate porcos ad pascua in silvas agendi  
 exigebatur, cunctisque Proceribus, Va-  
 fallis suis, ne quid peterent, prohiberet.  
 Non placuit Duci conditio, & tunc de  
 reformando monasterium nihil amplius  
 agitatum.

S. Majolo vita functo, cum Guilielmi  
 ejus Discipuli, piissimi viri, ad S. Beni-  
 gnum Divione Abbatis, fama ad eundem  
 Richardum Ducem pervenisset, missis  
 legatis rogari jussit, ut Fecamum veniret,  
 & Monasterium secundum Regulam S.  
 Benedicti institueret, quibus Abbas Gui-  
 lielmus respondit: *Filii mei! Duces*  
*Normannorum, homines barbari & fero-*  
*ces esse dicuntur, qui Ecclesias & Mona-*  
*steria non ædificant, sed destruunt & mo-*  
*nachos dispergunt. Redite ergo ad Ducem*  
*vestrum & meo nomine dicite; omnia no-*  
*bis necessaria ad rem tantæ molis deesse.*

*Hist. Eccles. Tom. XIV.*

D

*Præ-*

Sæculum XI. *Præterea equos non habere, qui me &*  
A.C. 1004. *fratres nostros & sarcinas vebant.*

Hoc responso audito Dux, veritus ne, si cunctaretur, quod sibi proposuerat, iterum effectu careret, permultos equos misit, & Abbas, pensata Ducis perseverantia, cum magno monachorum suorum numero itineri se dedit. Venientes Dux, ut Jesum Christum, recepit, eisque suis manibus ministravit. Tum ejectis e Fecameniensi monasterio Canonicis secularibus, illud Sanctæ Trinitati dedicatum Guilielmo Abbati, monachisque ejus tradidit. Id actum anno 1001. Obiit

*Dudo p. 198.* vero Richardus Senior anno sequente & in Ecclesia hujus monasterii sepultus est. Filius defuncti Richardus II. Patri succedens, non minore pietatis affectu Guilielmum Abbatem & familiam Fecamiensem prosecutus est. Sæpe monachis mensæ accumbentibus serviebat, tumque penes ipsos in infimo loco confidebat. Ut liberius Regulæ suæ Instituta servare possent, Richardus Episcopis Proceribusque ex tota Normannia Fecami congregatis, istud Monasterium ab omni Episcoporum Jurisdictione exemptum declarari voluit; cujus immunitatis Decreto Robertus Archiepiscopus Rotomagensis (nam in ipsius Diœcesi Fecamum erat) ceteri Episcopi omnes & Proceres subscripserunt. Hoc privilegium exinde  
Rober-

Robertus Rex & Benedictus Papa VIII. Sæculum XI.  
confirmarunt.

A. C. 1004.

§. XVIII.

*Robertus Archiepiscopus Rotomagensis.*

**R**obertus Archiepiscopus Rotomagensis similem Exemptionem duodecim aliis Ecclesiis concessit, ut memoriam Ducis parentis sui sic coleret, & voluntati fratris sui satisfaceret. Nam filius erat Richardi (qui anno 989. defuncto Hugone, ei Rotomagensem Archiepiscopatum & Comitatum Ebroicensem contulit. Unde more Principum non Episcoporum vitam ducebat, negotiis sæcularibus & voluptatibus totus immerfus, atque scandalum, quod Antecessor ejus dederat, producens. Feminam nomine Herlevam duxit, & cum ea publice vivens tres liberos Richardum, Rudolphum, & Guilielmum suscepit, quibus Comitatum Ebroicensem aliasque excelsas Dignitates concessit. Robertus nihilominus commendatur a munificentiâ in Ecclesias, præsertim in Cathedralē suam, quam e fundamentis eductam, maximam partem absolvit. Sedem vero Archiepiscopalem Rotomagensem annis quadraginta octo, nempe usque ad annum millesimum trigesimum septimum, tenuit, & sub finem vitæ pœnitentiam egit.

*Sup. 1. LV.  
§. 27. Order.  
vit. lib. 5. c.  
44. Mabill.  
ann. tom. 2.  
p. 438.*

D 2

§. XIX.

Sæculum XI.  
A. C. 1004.

§. XIX.

*Leutardus Fanaticus.*

*Glaber. l. II. c. II.* Circa finem anni millesimi homo plebejus, nomine Leutardus, apud pagum, a virtute dictum, in Diœcesi Catalaunensi, Prophetam se fecit, & multos decepit. Ei aliquando ruri existenti, & post gravem laborem in somnum lapsus, videbatur grande examen apum per posteriorem partem corporis sui ingredi, iterumque per os magno strepitu erumpere. Tum eadem apes aculeos figendo Prophetam torquebant, agitabantque, & demum loquentes etiam præcipiebant, ut quædam, homini impossibilia, faceret. Ipse fatigatus domum rediit, & quasi præcepto Evangelico satisfactorius uxorem dimisit. Domo sua deinde egressus, quasi orandi gratia, Ecclesiam intrat & arreptam Crucifixi Imaginem conterit. Qui factum conspexerunt perterriti hominem a sana mente dimotum crediderunt, quibus ille, nam simpliculi rustici erant, facile persuasit, se mirabili & cœlesti revelatione monitum id egisse.

Leutardus multa loquebatur, cupiens ab hominibus magnus Doctor haberi. Sed in ejus sermonibus nihil solidi, nihil veri. Dicebat, ea, quæ Prophetæ protulissent, tantum ex parte esse credenda, cetera esse inutilia. Dicebat, nihil prod-  
esse

esse homini, decimas dare. Interim fa- Sæculum XI.  
 ma eum tanquam Virum Sanctum de- A.C. 1004.  
 prædicante, brevi ad se non modicam  
 vulgi partem traxit. At Geboinus, sa-  
 pientissimus senex, qui tunc Ecclesiam  
 Catalaunensem regebat, ad se accersitum  
 de omnibus interrogat, quæ ipsum  
 dixisse & fecisse compererat. Ille cœ-  
 pit venenum suæ nequitiae occultare, &  
 testimonia Sacræ Scripturæ afferre, quam  
 non didicerat. Tunc vero sagacissimus  
 Episcopus nebulonem mendacii & insa-  
 niæ convicit, populumque ex parte sedu-  
 ctum ab errore revocavit. Infelix Leu-  
 tardus intelligens, se in vulgi existima-  
 tione perditum, se ipsum puteo periturus  
 immerfit.

## §. XX.

*Alii Fanatici.*

Sub idem tempus quo Leutardus insa- Glab. l. II.  
 niebat, alius quoque Fanaticus Ra- c. 18.  
 vennæ extitit, nomine Vilgardus, profes-  
 sione Grammaticus, more Itolorum, qui  
 illa tempestate hoc studii genus omni-  
 bus ceteris præferebant. Is ergo quadam  
 nocte tres Poetas Virgilium, Horatium,  
 & Juvenalem ad se invisentes conspiceret  
 sibi videbatur, gratias agentes, quod Scri-  
 pta eorum magni faceret, eorumque fa-  
 mam apud posteros conservaret, polli-  
 citi, ipsum maximæ post fata gloriæ fore

Sæculum XI. participem. Tali honore turgidus com-  
A. C. 1004. plures opiniones fidei adversantes spar-  
 gere cœpit, & affirmare, omnia quæ  
 Poetæ cecinissent, esse credenda. Tan-  
 dem Hæresis convictus ab Archiepiscopo  
 Ravennate damnatur. Plures alii illo  
 tempore in Italia reperti, eodem errore  
 infecti, quorum pars gladio, pars flammis  
 periit. Sub idem tempus non nulli Hæ-  
 retici in Sardinia Insula, fœcunda porten-  
 torum matre, nati sunt, a quibus aliqua  
 Christianorum pars in Hispania deprava-  
 ta. Hos quoque Catholicorum pietas ex-  
 terminavit. Huic itaque tempori, quo  
 tot Hæreses pullulabant, multi congrue-  
 re crediderunt illud S. Joannis Vaticini-  
 um; Satanam expletis mille annis esse  
 solvendum.

*Apoc. 20. 7.*

§. XXI.

*Giselerii obitus. Tagmundus Archiepi-  
 scopus Magdeburgensis.*

*Chron. Sax. 1004. Ditm. l. 5. p. 57.* In Germania Henricus Rex illa negotia,  
 quæ Otto Imperator juventute impar, &  
 deinde præmatura morte occupatus non  
 potuerat, perficere adlaborabat. Inter  
 præcipua fuit, Episcopatum Mersebur-  
 gensis ab Ottone suppressum restituere.  
 Quapropter Henricus Rex Poldenæ  
 Natali Domini celebrato, anno Regni sui  
 secundo, Dorneburgum venit, unde Mag-  
 deburgum misit Willegisum Archiepi-  
 scopum

scopum Moguntinum aliosque viros sa-  
 pientes, qui Archiepiscopum Magdebur-  
 gensem ægrotum & de vita jam diu pe-  
 riclitantem inviserent, atque Regis no-  
 mine hortarentur, ut suam conscientiam  
 tandem discuteret, Dei manum se evi-  
 denter castigantem oscularetur, Sedem  
 Magdeburgensem dimitteret, ad Merse-  
 burgensem, quæ propria ipsius esset, re-  
 dired, damna, quæ illum Episcopatum  
 premendo intulisset, resarciret. Tandem  
 vero aberat, ut hoc facere vellet Gisele-  
 rius, ut, nunciis id sibi exponentibus,  
 excandesceret. Paucis tamen respondit,  
 se intra triduum ad Regem iturum &  
 coram rationem redditurum. Itaque in  
 currum a suis se levare præcipit (nam  
 jam diu alio modo vehi non sustinebat)  
 & ad domum suam Tiburiensem deduci,  
 ubi morbo consumptus post biduum vi-  
 gesima quinta Januarii anno 1004. e vita  
 decessit.

Quo comperto, Henricus Rex eo ipse  
 iturus, ut defuncti corpus usque Magde-  
 burgum comitaretur, præmisit Nipertum  
 Capellanum suum cum mandatis; Tag-  
 mundum a Clericis Archiepiscopum eli-  
 gi curaret. Interim vero Walthardus  
 Ecclesiæ Magdeburgensis Præpositus con-  
 vocatis Clericis denunciat obiisse Archi-  
 episcopum, Regemque ad ipsos ventu-  
 rum. Tum eorum sententiam exquirat,

D 4

quem

Sæculum XI. quem defuncti Successorem eligendum  
A.C 1004. esse existimarent. Illi una voce affir-  
 mant, quod eum ipsum (Walthardum)  
 eligerent. Sed is Dignitatem accipere  
 concinna modestia recusavit.

Cum corpus Archiepiscopi Giselerii  
 Magdeburgum fuisset delatum, & Rex  
 paulopost eo pervenisset, altera die mi-  
 sit Arnulphum Episcopum Halberstadien-  
 sem, qui Clericos & Vasallos Ecclesiæ  
 vacantis ad eligendum Tagmundum so-  
 licitaret. Respondit Walthardus Præ-  
 positus; se quidem Electioni, qua sibi  
 Dignitas Archiepiscopalis offerebatur,  
 lubenter renunciare, sed nomine omnium  
 Regem rogare, ne ipsos libertate priva-  
 ret Canonice Episcopum eligendi, & ne  
 sua ætate Ecclesiæ privilegia proculcari  
 pateretur. (\*) Hoc responso accepto  
 Rex Præpositum, & Ecclesiæ Magdebur-  
 gensis præcipuos singulos ad se vocatos  
 partim precibus, partim promissis permo-  
 vit, ut Tagmundum eligerent, cui sine  
 mora baculum pastorem, quo Arnul-  
 phus Episcopus utebatur, in signum In-  
 vestituræ hujus Ecclesiæ tradidit, & in  
 Cathedram Pontificalem populo de mo-  
 re acclamante invexit. Tum pro Gisi-  
 lero officium funebre celebratum.

Tag-

(\*) Ex hoc loco iterum cognoscimus, liberta-  
 tem Electionis Canonice non fuisse ex toto op-  
 pressam.

Tagmundus Discipulus erat S. Wolf-  
 gangi Episcopi Ratisbonensis, qui ab un-  
 guiculis ceu filium educatum, ubi ad  
 maturiorem ætatem pervenit, omnibus  
 bonis suis temporalibus præfecit, & quia  
 eundem, a se multoties commendatum,  
 tam ab Imperatore quam a Duce Bavariæ  
 magni æstimari sciebat, non dubitabat,  
 quin aliquando suus Successor futurus  
 esset. At morti proximus Wolfgangus  
 ad se accersito Tagmundo dixit: *Admo-  
 ve os tuum ori meo, & accipe a Domino  
 halitum spiritus mei, ut temperetur in  
 te ardor juventutis igne charitatis. Si  
 vero nunc Dignitate, quam habui, prive-  
 ris, scito, te post annos decem hac majo-  
 rem recepturum.* S. Wolfgango fati  
 functo anno nongentesimo nonagesimo  
 quarto Tagmundus unanimi omnium  
 consensu Episcopus Ratisbonensis electus  
 Imperatorem adit, qui hanc electionem  
 ratam habere nolens Mitram Ratisbo-  
 nensem Gebhardo Capellano suo contu-  
 lit. Hic quidem Tagmundum jubente  
 Imperatore honestissime habuit; sed  
 cum diversis viverent moribus non du-  
 ravit amicitia, atque Tagmundus ad Re-  
 giam Henrici tunc Ducis Bavariæ se con-  
 tulit, qui ob vitæ integritatem in paucis  
 dilectum postquam Imperatoria Dignita-  
 te potitus est, Archiepiscopatu Magde-  
 burgenſi, post decennium, ut S. Wolf-

Sæculum XI.

A.C. 1004.

*Ditm. lib. 5.**p. 58. Sup.**l. LVI. §. 42.**LVII. 36.*

D 5

gangus

Sæculum XI.  
A.C. 1004.

gangus prædixerat, auxit. Tagmundus multis donis Regem & Reginam, eosque qui iisdem secum ab obsequiis fuerant, ut gratum animum ostenderet, cumulavit.

## §. XXII.

*Wigbertus Episcopus Merseburgensis.*

Inde Henricus Rex Merseburgum se contulit, ut solaretur Ecclesiam tamdiu Sponso privatam, & pristinae Dignitati restitueret. Ibidem Tagmundus consecratus est Archiepiscopus Magdeburgensis in Festo Purificationis die secunda Februarii, anno millesimo quarto, ab Archiepiscopo Moguntino Willegiso, utriusque Suffraganeis, atque Papæ Legato præsentibus & consentientibus. Et quidem ab ipso Papa eum ordinari oportuisset, si præsens rerum status eam professionem suscipere permisisset. Tunc quoque Rex Episcopatum Merseburgensem Wigberto Capellano suo contulit, adjectis omnibus, quæ Gislerius huic Ecclesiæ contra fas subtraxerat, atque in signum Investituræ publice ei tradidit Baculum pastorem Tagmundi Archiepiscopi, qui Wigbertum eadem die quatuor Suffraganeis assistentibus ordinavit. Ut vero Rex damnum Ecclesiæ Magdeburgensis repararet, prædium proprii sui  
Domi-

Domini & magnam partem Reliquiarum Sæculum XI.  
S. Mauritii ex Regio Sacello acceptam A. C. 1004.  
dedit. Reliquiæ ex monte S. Joannis in  
urbem translata, & non obstante quod  
summa hyems esset terraque nive con-  
tecta, ipse Rex nudis incedens pedibus  
eas portavit.

Wigbertus Episcopus Merseburgen-  
sis patriam habebat Thuringiam, ab Ot-  
trico in Schola Magdeburgensi eruditus.  
Cum ingenua pueri indoles optima edu-  
catione exulta fuisset, eum Gisilerius  
Archiepiscopus sibi ab obsequiis esse vo-  
luit, diu apud se arcanorum conscium  
habuit, & Archipresbyterum creavit.  
Sed tandem cum ejus calumniatoribus  
aliquando faciles aures præbuisset, Wig-  
bertus offensus, relicto Archiepiscopo,  
se Regi Henrico addixit, sibi que ejus fa-  
vorem conciliavit. Erat Wigberto spe-  
cies haud vulgaris, decens corporis ha-  
bitus, vox amœna. Præterea acer con-  
silio, eloquentia quoque valebat, contu-  
bernalibus suis jucundus, in omnes muni-  
ficentissimus. Ceterum Ecclesiam suam  
datis compluribus agris, magno librorum  
numero, aliaque suppellectile Divina of-  
ficia celebrantibus necessaria locuple-  
tavit.

*Ditm. lib. 6.  
p. 68.*

Tagmundus vero Archiepiscopus vi-  
tam ducebat ab omni labe purissimam,  
justi-

Sæculum XI. justitiæ amans, & charitate proximi ar-  
 A.C. 1004. dens, lenis sed constans & prudens sub  
*ibid. p. 75.* habitu Canonorum Institutum Mona-  
 sticum servabat. Nullus Episcoporum  
 illius ætatis familiarius cum Clericis suis  
 agebat, eos magis diligebat, & frequen-  
 tius coram populo dilaudabat. Singulis  
 diebus Missam celebrabat & Psalterium  
 recitabat, nisi morbo impediretur. Et  
 quia valetudine jejuna prohibebatur,  
 hunc defectum largis eleemosynis supple-  
 bat. Noctu sæpissime vigilabat. Prius-  
 quam S. Sacrificium obtulisset tristis &  
 severus videbatur; postea hilariter  
 omnibus colloquebatur. Nobili sangui-  
 ne ortos amabat, nec tamen plebejos  
 spernebat. Ceterum rem Ecclesiæ suæ  
 tribus urbibus, uno latifundio & vesti-  
 bus Episcopalibus magnificis auxit.

## §. XXIII.

*Episcopatus Bambergensis.*

*ibid. p. 66.* Jam pridem Henricum Regem deside-  
 rium subierat Babenbergæ seu Bam-  
 bergæ in Franconia Episcopatum insti-  
 tuendi. A puero hanc urbem amabat,  
 sui patrimonii partem, & postquam Re-  
 giam consecutus est Dignitatem, cœpit  
 in ea ædificare Ecclesiam, & omnia ad  
 Divinas Laudes peragendas requisita  
 congerere. Quia vero Bambergæ Diœ-  
 cesi Herbipolensi subjecta erat, rogavit  
 Rex

Rex Episcopum, ut sibi eam cum sua di-  
 tione concederet, alios agros per com-  
 mutationis contractum offerens. Con-  
 sensit Episcopus addita conditione, ut  
 ipse posthac Archiepiscopus haberetur,  
 & Episcopus Bambergensis sibi subditus  
 esset. Itaque Rex Festum Pentecostes  
 Moguntia, vigesima quinta Maji, anno  
 Regni sui sexto, Salutis reparatae mille-  
 simo septimo celebrans declaravit, ce-  
 pisse se consilium in civitate Bambergensi  
 Cathedram Episcopalem erigendi. Nemp-  
 pe cum liberos non speraret, continen-  
 tiam cum conjugate Regina servans, ge-  
 stiebat, Deum patrimonii sui hæredem  
 scribere, atque operam conferre ad ab-  
 olendam Idololatriam apud Slavos, quos  
 Bamberga sua habebat finitimos. Ut  
 vero Ecclesie Bambergensi Diocesim  
 compararet, ab Episcopo Herbipolensi  
 Henrico Comitatum unum & partem  
 alterius territorii accepit, datis in vicem  
 centum quinquaginta aliis colonis. Hæc  
 pacta inita sunt consentientibus Episco-  
 pis, qui Conventui Moguntino interfue-  
 rant, videlicet Willegiso Archiepiscopo,  
 Buchardo Wormatiensi & quatuor aliis  
 ipsius Suffraganeis, Luitulfo Trevirensi  
 ejusque Suffraganeis, Theodorico Me-  
 tensi, Episcopis Tullensi & Virdunensi,  
 Heriberto Archiepiscopo Coloniensi, Not-  
 gero Episcopo Leodiensi ejus Suffraganeo,  
 Erluino

Sæculum XI.  
 A.C. 1004.

tom. 9. Conc.  
 p. 785.

Sæculum XI. Erluino Cameracensi, Tagmundo Archi-  
A.C. 1007. episcopo Magdeburgensi, & Hidulfo Epi-  
 scopo Mantuano.

Rex Henricus postea Romam, cum suis & Episcopi Herbipolensis epistolis, misit duos ex suis Capellanis, Albericum & Ludovicum, qui novæ Institutionis confirmationem a Pontifice peterent. Joannes XVIII. coacta Synodo, quæ petebantur, datis ad omnes Galliæ & Germaniæ Episcopos literis, concessit. In iisdem dicit, novam Ecclesiam Divo Petro dedicatam, singulari jure sub præsidio Ecclesiæ Romanæ futuram, & tamen Archiepiscopo Moguntino Metropolita suo subditam fore. Datæ sunt autem mense Junio, Indictione quinta, nempe eodem anno millesimo septimo.

Capellanis Regiis Roma in Germaniam reversis, Rex frequentissimum Concilium Francofordiæ, prima Novembris eodem anno celebravit; quo etiam Episcopus Herbipolensis vocatus est. Sed quia sciebat, Titulum Archiepiscopi sibi fuisse denegatum, nec venire, nec quæ promiserat, implere voluit. Congregatis Episcopis intrans Rex usque ad terram se demisit; mox levatus a Willelmo Archiepiscopo Moguntino, in cujus Diœcesi Concilium habebatur, publice exposuit, se animo constituisse, novum Episcopatum condere, & addidit, accessisse

*tom. 9. Conc.*

*p. 784.*

*Ditm. p. 67.*

cessisse consensum Reginae Conjugis suae, Sæculum XI.  
 cui Bambergam in usumfructum scripsisset, si eam aliquando viduam esse contigisset, & Fratris sui, quem heredem suum futurum omnes præsumerent. Tum edixit, absentiam Episcopi Herbipolensis sibi nocere non posse, promittens, si ille veniret, se recepturum esse, quodcunque Concilium decrevisset.

A.C. 1004.

Tunc vero Bernigerus Episcopi Herbipolensis Capellanus, & in eo Concilio Legatus, dixit; Dominum suum, Episcopum, metu Regis prohibitum fuisse, ne ad Concilium veniret, nunquam ipsum in detrimentum Ecclesiae sibi commissae consensisse, atque omnes in Concilio præsentibus obtestari, ne se absente Ecclesiae suae nocerent. Tum alta voce ejusdem Ecclesiae privilegia recitantur. Episcopis deliberantibus, Rex prosternebatur, quoties eorum suffragia vacillare videbat. Et tandem Archiepiscopo Moguntino interrogante, quid statuendum esset, primus omnium Tagmundus Archiepiscopus Magdeburgensis respondit, Canonice concedi posse, quod Rex petebat. Assensi sunt omnes reliqui, & literis Confirmationis, a Papa datis, subscripserunt. Leguntur nomina triginta quinque Episcoporum, quorum primus est, Willegisus Archiepiscopus Moguntinus cum suis Suffraganeis, Luitulfus  
 Archie-

Concilium  
 Francofor-  
 diense.

Sæculum XI. A.C. 1007. Archiepiscopus Trevirensis, Hartungus Juvaviensis seu Salisburgensis, Heribertus Coloniensis, Tagmundus Magdeburgensis, Buchardus Lugdunensis, Badolfus Tarentasius, & Anastasius Archiepiscopus Hungarorum, id est, Strigoniensis. Tres ultimi sine Suffraganeis subscriperunt. Henricus Rex novum Episcopatum Bambergensem Eberhardo Cancellario suo contulit, quem eadem die Archiepiscopus Moguntinus consecravit; postea vero Heribertus Coloniensis Heribipolensem Episcopum Regi reconciliavit. Ceterum præter Ecclesiam Cathedralē, SS. Petro & Georgio dedicatam, Rex Bambergæ ad meridiem Monasterium Canonicorum, S. Stephano, & ad Septentrionem Claustrum Monachorum SS. Michaeli & Benedicto Sacrum ædificavit.

## §. XXIV.

*S. Aufridus Episcopus Ultrajectensis.*

*Mabil. Sac.* **I**nter Suffraganeos Episcopos Colonienses, qui Concilio Francofordiensi interfuere, occurrit Ansfridus Episcopus Ultrajectensis, quem alii Aufridum dicunt. Is nobilissima stirpe editus, & sub cura Roberti Archiepiscopi Trevirensis, patris sui, educatus crescentibus annis, illustris juventutis more, militiae nomen dedit, atque Brunonis Archiepiscopi Coloniensis

loniensis & Imperatoris Ottonis Magni, Sæculum XI.  
 qui eum inter arcanorum conscios adle- A.C. 1007.  
 git, castra secutus est. Maxima ejus erat  
 auctoritas sive in Judiciis forensibus, sive  
 in Comitibus publicis sententia proferenda  
 esset, utpote viri scientiis Divinis huma-  
 nisque instructissimi. Sed homines qui-  
 dam stupidi, cum Aufridum, quotiescun-  
 que otium erat, libros manibus terentem  
 conspicerent, dicebant, eum magis mo-  
 nachorum, quam procerum vitam duce-  
 re. Comitatum Lovaniensem adeptus,  
 Latrocinia in Brabantia, sicut in omnibus  
 aliis provinciis frequentissima, adhibitis  
 armis repellebat.

Aufridus & Hilsuindis conjux ejus  
 Monasterium Thorense fundarunt, cui  
 Benedicta, eorum filia, prima Abbatisa  
 præfuit, quo etiam Hilsuindis mater se  
 recepit, ibique Sancto sine vitam clausit.  
 Quare Aufridus conjugii vinculis solutus  
 Institutum monasticum amplecti cogita-  
 bat. Sed Balderico Episcopo Ultraje-  
 ctenli anno nongentesimo nonagesimo  
 quinto fati functo, Otto III. Imperator  
 vacantem Episcopatum ei contulit. Ipse  
 onus detrectabat, quod jam senex esset,  
 & optimam ætatem inter arma consum-  
 pisset. Nihilominus cum Imperatori  
 urgenti resistere non posset, gladium, quo  
 accinctus erat, in civitate Aquisgranensi  
 super Altare Sanctæ Virginis ponens di-  
*Hist. Eccles. Tom. XIV.*      E      xit:

Sæculum XI. xit: *Hucusque pauperum inimicos hoc ense  
A.C. 1007. persecutus sum, hodie vero tibi, Sanctissi-  
ma Virgo! & collatam mihi Dignitatem  
& Salutem meam committo.* Sub vitæ  
finem cœcutiit, atque ad Monasterium a  
se fundatum confugit. Quamvis vero  
habitum induisset, Conciliis tamen &  
Comitiis vocatus intererat. Obiit anno  
millesimo decimo, die tertia Maji, & tam  
ipse, quam Hilsuindis uxor Sanctorum ca-  
talogo adscripti sunt.

## §. XXV.

*Roberti Regis Religio.*

*Mabil. præf.*  
*1. Sæc. §. 7.* In Francia Robertus Rex Censuris Eccle-  
siasticis perterritus, & Abbonis Floria-  
censis hortatu commotus, Regina Bertha  
jam anno 1001. dimissa, postquam diu  
deliberasset, quam uxorem sibi delige-  
ret, tandem exeunte anno 1006. Con-  
stantiam (\*) Guilielmi Comitis Arelaten-  
sis

(\*) Ad hunc locum Art. 9. Natalis Alexan-  
der: *Regem Pontifici non statim parentem,  
editum a Bertha monstrum, Interdicti pœ-  
na in Regnum decreta, & Subditorum atque  
Aulicorum summa Religio ad illam dimitten-  
dam induxere.* Denique ideo etiam Grego-  
rius V. Robertum Regem ad dirimendas incestas  
nuptias compulit, ut nobilissimo Francorum Re-  
gno non spurii, sed legitimi hæredes procrea-  
rentur.

sis filiam accepit. Anno autem 1008. Sæculum XI.  
 Rege Roberto auctore Kalæ \* in Regio A. C. 1008.  
 Palatio celebratum est Concilium deci-  
 ma septima Maji, cui Episcopi tredecim  
 interfuere. Præcipui erant Leuthericus  
 Archiepiscopus Senonensis, & Hugo Tu-  
 ronensis, Fulbertus Episcopus, qui ab an-  
 no 1007. præcedente Ecclesiæ Carnutensi  
 præerat, & Adalbero Laudunensis, quem  
 ad ætatem decrepitam pervenisse necesse  
 est. De hoc Concilio nihil nobis superest  
 nisi Decretum Abbatia San-Dionysianæ  
 favens, in quo Rex dicit, quod a Regno Im-  
 peratoris Caroli III. (is est Carolus Crassus)  
 in illo Monasterio Regula usque adeo fuis-  
 set contempta, ut monachi sæcularem  
 pompam sectati bona temporalia dissipas-  
 sent, & privilegiorum suorum parte exuti  
 fuissent. Quare ut rem restitueret Hugo  
 Rex iis Abbatem dederat virum eximium,  
 nomine Vivianum, Robertus vero Rex  
 aliqua nova privilegia concessit.

Leuthericus Archiepiscopus Seno-  
 nensis in errore de Corpore Domini no-  
 stri versabatur, quod non nunquam ad  
 discernendos ab innocentibus reos per  
 abusum illius ævi adhibebat. Hac super re  
 Robertus Rex ad Archiepiscopum episto-  
 lam dedit in hæc verba: *Cum Corpus  
 Domini Nostri Salus corporis & anima  
 illius esse debeat, qui id recipit, ex sensu  
 verborum, quæ Presbyter, dum distribuit,*

E 2. pro-

\* Chelles.

tom. 9. Conc.  
p. 787.

Helgald. to.  
4. Duchesne  
p. 64.

**Sæculum XI.** profert, quomodo dicere audes, temerarie!  
**A.C. 1008.** recipe Corpus Domini, si dignus es? nam  
 nemo dignus est. Quare corporis ærumnas  
 & dolores Divinitati tribuis? per fidem,  
 qua Deo obstringor, juro! nisi erratum  
 emendes, Sacerdotii bonore privaberis.  
 Profuit hæc objurgatio Episcopo; nam  
 perversam suam doctrinam, quæ inter  
 Fideles propagari cœperat, suppressit.  
 Non satis nobis liquet, quis fuerit hic  
 error; (\*) sed ex Epistola Regis cogno-  
 scimus, alia ac hodie prolata fuisse verba,  
 cum Sacra Evcharistia administraretur.  
 Hodie enim dicimus: *Corpus Domini  
 Nostri Jesu Christi custodiat animam  
 tuam.* Tunc vero: *Corpus Domini No-  
 stri Jesu Christi sit tibi Salus animæ &  
 corporis.*

## §. XXVI.

(\*) Eminentissimus Cardinalis ad annum 1004.  
*Jam viperini fœtus e portis inferi, tanquam e  
 matris utero enixi, in damnum Ecclesiæ emit-  
 tebantur, qui se spiris sinuosis insinuabant in  
 Sancta, ut Sanctum Sanctorum, Sacramentum  
 Sacramentorum, si possent, auferrent ab ea.*  
 Si Archiepiscopus Senonensis nihil aliud dicere  
 voluit, quam *accipe, si dignus es, id est, animo  
 pœnitenti, & si non dignus es, recede, tolerari  
 potuisset.* Pessime vero erravit, si credidit, tan-  
 tum dignos, & non indignos, Corpus Domini acci-  
 pere. In pluribus vero errasse Lenthericum illa  
 verba indicant: *Quare corporis ærumnas Di-  
 vinitati tribuis?*

## §. XXVI.

Sæculum XI.  
A.C. 1008.*S. Bonifacius Martyr apud Ruffos.*

**I**nter hæc Bruno, alio nomine Bonifacius, *Act. SS.*  
ad Ruffos profectus est, Evangelium *Ben. Sac. 6.*  
prædicaturus. Eum ex primis in Saxo-*p. 79.*  
nia stirpibus ortum, & Reges sanguine  
contingentem, Mater Magdeburgum ad  
Giddonem Philosophum misit, quo Ma-  
gistro scientiis humanis operam daret.  
Postea S. Adalberto Pragenfi in præfe-*Ditm. lib. 6.*  
ctura illius Scholæ successit. Vocatus *p. 82. Vi*  
deinde ab Ottone III. Imperatore, in *S. Romuald.*  
Palatii Sacello aliquamdiu serviit, us-  
*n. 39. 40.*  
que adeo carus principi, ut eum animam  
suam appellaret. At Bruno relicta post  
breve temporis spatium Regia, anno cir-  
citer nongentesimo nonagesimo septimo,  
vitam monasticam amplexus est. De la-  
bore manuum suarum vivebat, sæpe non  
nisi bis in hebdomada, Die Dominica &  
Feria V. manducans. Semper nudipes  
incedebat, & non nunquam in urticis vel  
spinis se volutabat; ceterum Martyrii  
coronam consequendi cupidissimus.

Postquam ab Ottone Imperatore re-  
cessisset Bruno, S. Romualdum ad mon-  
tem Cassinum secutus est, & deinde Pe-  
ream prope Ravennam. Tandem magna  
vitæ parte in eremo consumpta, cupiens  
Infidelibus Fidem Jesu Christi annuncia-  
re, Romam se contulit, prædicandi licen-

Sæculum XI. tiam a Papa petiturus. Quod iter non  
 A.C. 1008. solum pedibus, sed etiam nudis, confe-  
 cit, longe ante alios ambulans & conti-  
 nuo Psalmos decantans. Quotidie ci-  
 bum capiebat, ut itineris labori suffice-  
 ret, sed non nisi dimidium panis, adji-  
 ciens in diebus Festis fructus arborum,  
 aut radices, & sola aqua sitim levans.  
 Papa Brunoni potestatem fecit Verbum  
 Dei prædicandi, atque etiam Ordinatio-  
 nem Archiepiscopalem recipiendi, dato  
 in hunc eventum Pallio. Revertens in  
 Germaniam equo vehebatur, sed semper  
 nudipes, etiam summa hyeme; unde  
 non nunquam necesse fuit, ejus pedem  
 adhibita aqua calida a scamillo solvere.

Cum Merseburgi Henricum Regem  
 adiisset, ipso consentiente Tagmundus  
 Archiepiscopus Magdeburgensis eum  
 consecravit, & Pallium, quod ipse Bru-  
 no attulerat, tradidit. Episcopus con-  
 secratus singulis diebus tam officium  
 Monasticum, quam Canonicum persolve-  
 bat, corpus jejuniis & vigiliis, ut nihil  
 de longis itineribus dicamus, attenua-  
 bat. Omnibus rebus destitutum Boles-  
 laus Dux Poloniæ, ceterique Optimates  
 magnis donis cumularunt, quæ ipse in  
 Ecclesias, in amicos, in pauperes, nihil  
 sibi servans, sparfit.

Porro Bruno anno conversionis suæ  
 duodecimo in Borussia fidem Christi  
 prædi-

prædicavit, nullo sequente fructu. Tum Sæculum XI.  
A.C. 1009.  
Rufforum fines ingressus Evangelium popu-  
lis annunciare cœpit, regionis illius  
præcipuis viris frustra obnitentibus, qui  
tandem, cum ad silendum compelli non  
posset, comprehensum cum octodecim  
sociis capite truncarunt, decima quarta  
Februarii anno millesimo nono. Corpo-  
ra Sanctorum Martyrum relicta sunt in-  
sepulta, donec ea Boleslaus multo auro  
redemit, domui suæ præsidio futura. Ec-  
clesia hunc S. Martyrem sub nomine S. *Mart. Rom.*  
Brunonis decima quinta Octobris colit. *15. Oct.*

## §. XXVII.

*Joannis XVIII. obitus. Sergius IV.  
Papa.*

Eodem anno 1009. decima octava Julii Papebr. co-  
nat. Epist.  
Pet. Antio.  
to. 2. Monu.  
Cotel. p. 148.  
obiit Joannes XVIII. Papa, postquam  
Sacram Sedem annis quinque & quatuor  
mensibus obtinisset. Ipso sedente Ec-  
clesia Constantinopolitana Ecclesiæ Ro-  
manæ unita erat, hujusque Papæ nomen  
cum nominibus ceterorum Patriarcha-  
rum in Missa recitabatur. Joanne de-  
functo cum Sacra Sedes vacasset tribus Epit. ap.  
Baro. 1012.  
Ditm. lib. 6.  
p. 84. Ma-  
bill. Sæc. 6.  
84.  
circiter mensibus, electus est Petrus,  
Episcopus Albanensis, patria Romanus,  
& Sergius IV. dici voluit, in Dominica  
die secunda Octobris anno 1009. coro-  
natus. Is Romanorum natione primus  
invenitur nomen mutasse, sive id fece-

Sæculum XI  
A.C. 1009.

rit ob Principis Apostolorum reverentiam, sive ob cognominis fœditatem, nam teste Ditmaro Bucca porci cognominabatur. Is Albanensem Sedem tenuit annis quinque, & in Cathedra Petri sedit annis duobus & novem mensibus.

Anno 1009. ex hac vita excessit S. Arduinus Presbyter Ariminensis, qui, defuncto parente suo, Venerio Presbytero, Ecclesiæ S. Gregorii Rectori adhæsit, viro piissimo, quocum lectioni vacabat, & in omni virtutum genere exercitabatur. Atque ut solitudinis libertate fruerentur, ad Ecclesiam S. Apollinaris extra civitatem se receperunt, ubi orationi perpetuæ laborem manuum jungebant. Ad Arduinum postea Ordine Presbyteratus insignitum complures confluerunt, tum ut doctrinam salutarem ex ipsius ore haurirent, tum ut in rebus arduis ejus consilio uterentur. Ipse peccatores, & ipsum Comitem Ariminensem Rudolphum arguebat. Plurimi dona largiter afferebant, quæ Arduinus omnia in egenos effundebat. Cum deinde Joannes Episcopus Venerio Abbatiam S. Gaudentii contulisset, amicum illo secutus Arduinus, ibidem sancto sine quievit, decima quinta Augusti anno 1009. Ejus Sepulchrum plurimis claruit miraculis.

*Pet. Dam.*  
*Opusc. VI.*  
*c. 26.*

§. XXVIII.

## §. XXVIII.

Sæculum XI.  
A. C. 1009.*Ecclesia S. Sepulchri destructa.*

**H**aud multo post allatum nuncium, *Glab. III.*  
 Principem Babylonis Ecclesiam S. *hist. c. 7.*  
 Sepulchri Jerosolymæ destrui jussisse, *v. Chro. Ade-*  
 & tanquam exploratissimum habebatur *mari. p. 175.*  
 in Francia, facinus Judæorum nequitia  
 fuisse peractum. Rem Glaber Monachus  
 narrat in hunc modum: Jam diu indi-  
 gnabatur Gens Hebræorum, innumera-  
 bilem hominum multitudinem pietatis  
 causa ad S. Sepulchrum peregrinationem  
 suscipere. Tunc vero Aureliani, in qua  
 civitate Robertus Rex multum versaba-  
 tur, permulti degebant Judæi, quibus  
 magis superbi aut ferociores nusquam  
 existebant. Hi ergo quemdam nomine  
 Robertum, Servum monasterii Majloren-  
 sis fugitivum, qui sub habitu Peregrini  
 temere per varias regiones vagabatur,  
 mittunt cum epistola literis Hebraicis  
 scripta, scipioni inclusa, & ad Principem  
 Babylone imperantem directa, in qua  
 monebant, nisi templum illud, quod a  
 Christianis tanto in pretio habebatur, de-  
 moliretur, brevi futurum, ut ipsum Re-  
 gno exuerent. Princeps his perterritus  
 Jerosolymam misit robustam manum, &  
 Ecclesiam a fundamentis everti jussit.  
 Quin etiam S. Sepulchri specum adhibi-  
 tis ferreis vectibus effringere conati sunt

Sæculum XI. Saraceni, sed irritum fuit molimen.

A.C. 1010. Nunc autem secundo hæc Ecclesia di-

*Sup. l. XL.* ruebatur, primo enim vastata fuerat an-  
*S. 54. Lib. no 613.* nunc mense Junio, quando Persæ  
*XXXVIII.* ignem subjecerunt. (\*)

*S. 10.*

*Chro. Pasch.*

*p. 385.*

Exinde in toto orbe omnibus perspe-  
 ctum fuit, Judæorum perfidiam hujus  
 incendii causam extitisse. Tunc vero  
 Christiani communi consilio statuunt,  
 Hebræos ex omnibus terris ejicere. Qua-  
 re omnibus ex publicis privatisque ra-  
 tionibus invisi urbibus pulsi sunt, multi  
 aquis suffocati, aut necati gladio, multi  
 vario mortis genere perempti, non nul-  
 los desperatio eo adegit, ut sibi ipsis vio-  
 lentas manus injicerent. Pauci jam in-  
 ter Christianos de ista hominum sæce na-  
 ti conspiciantur. Episcopi mandata  
 ediderunt, ne quis Christianorum in quo-  
 cunque demum negotio cum Judæis  
 communicaret; si vero ad Fidem con-  
 verti vellent, recipi jubebantur. Unde  
 com-

(\*) Nostra ætate Templum supra Sepulchrum  
 Jesu Christi extructum, pedes ferme ducentos  
 longum, centum & decem latum, eminente in  
 medio fornice orbiculato & aperto, quo vapo-  
 res centum triginta sex lampadarum ardentium  
 exitum habeant, Opere tignario cedrino, plum-  
 bo tectum, & intus innumeris imaginibus Mu-  
 siviis magnifice ornatum, describitur. P. Boucher  
 Ord. FF. Min. in suo itin.

complures, mortis metu ad petendum Sæculum XI.  
Baptismum compulsi, postea ad vomitum A.C.1010.  
redierunt.

Cum Servus ille, qui epistolam Babylonem detulerat, tanti mali auctor, Aurelianum reversus, a quodam peregrino ipsius in Orientalibus plagis itineris socio deprehensus fuisset, & convictus, quod etiamnum arcana cum Judæis, a quibus ingentia prodicionis præmia accepisset, communicaret consilia, vinculis constringitur, ad quæstionem rapitur, dire fustibus cæditur; cumque tormentis impar esset, crimen confessus est. Illico a Prætoribus Regiis ad ignem damnatus, extra urbem inspectante omni populo flammis traditur. Porro elapsis post ruinam templi Jerosolymitani annis quinque, Judæi, qui interea in diversis terrarum angulis latitaverant, prodire & pristinas sedes repetere cœperunt. Eodem anno Principis Babylonii mater, Christianis Sacris addicta, nomine Maria, Ecclesiam S. Sepulchri restauravit, rursusque incredibilis hominum multitudo ex omnibus orbis partibus Jerosolymam confluit. Permulti etiam ad perficiendum opus magnam auri vim congesserunt. Hactenus Glabri narratio. Haud diu vero post, nempe anno 1012. Henricus Rex quoque Judæos ex Urbe Moguntia pelli voluit.

Graci

Chron. Sox.  
1012.

Sæculum XI. Græci rem hoc modo contigisse re-  
 A.C. 1010. ferunt: Anno Mundi 6518. Indictione  
 Cedr. p. 706. octava, nempe anno reparatæ Salutis  
 1010. Azizius, Ægypti Præfectus, pace  
 olim cum Romanis sancita levi ex causa  
 violata, Magnificum S. Sepulchri Jero-  
 solymitani templum evertit, monasteria  
 destruxit, & ejectos monachos dispersit.

## §. XXIX.

*Califæ Fatimitæ.*

Sup. l. LV. §. 13. At vero Scriptores Orientales literis  
 mandarunt, S. Sepulchri destructo-  
 rem, ex Califis Fatimitis tertium *Haquem*  
*Biamvilla*, non autem Azizium ejus pa-  
 rentem extitisse. Quod ut facilius in-  
 telligatur, propius ad originem redeun-  
 dum est. Memoravi suo loco potentia  
 Fatimitarum in Africa exordia, primos-  
 que duos hujus Stirpis principes, Maho-  
 metem *Mebedi*, & *Caim*, ejus filium. Hic  
 Elim. lib. 3. Successorem habuit filium *Almanzor*, cui  
 p. 227. Bib. filius *Moez Lidinilla* successit. Is Ægy-  
 Or. Moez p. pto, anno Hegiræ 358. Christi nati 969.  
 595. in suam potestatem redacta, Califa in illa  
 mundi parte proclamatus, recitari pre-  
 ces prohibuit, quæ nomine Califæ *Ab-  
 baside*, Bagdati regnantis, offerebantur.  
 Unde Schisma inter Musulmannos exor-  
 tum, his Califam Abbasidenum, illis  
 Califam Fatimitam venerantibus, quod  
 ante annos ducentos extingui non po-  
 tuit.

tuit. Anno Hegiræ 362. Salutis 971. Sæculum XI. Moez novam urbem condidit, Regni sui A.C. 1010. Sedem, cui nomen *Alcaira*, id est, *Victrix*, datum, quod sideribus illam tenentibus stationem, qua Mars Planeta dominatur, fuisset ædificata. Hanc urbem nos Cairum (\*) appellamus. Moez anno Hegiræ 365. Salutis 975. e numero mortalium deleto, successit filius Azizius *Billa*.

Is duxerat uxorem Christianam, ex qua filiam suscepit. Hinc ut dilectæ conjugis amori aliquid daret, duos ejus fratres, Jeremiam Jerosolymæ, & Arsenium Alexandria, Patriarchas, ambos Melchitas, constituit. Arsenius a Califa Ecclesiam Beatissimæ Virginis huc usque a Jacobitis occupatam petiit & obtinuit, exinde factam Ecclesiam Melchitarum Patriarchalem. Azizius anno Hegiræ 386. Salutis nostræ 996. ex hac vita decedens, Successorem reliquit filium *Haque* *Biamvilla* annos natum undecim, qui annis viginti quinque sceptrum rotavit.

Erat

(\*) Cairus & Alcirus, Ægypti maxima civitas, opportuno loco sita, ubi nimirum Nilus primum secatur, ac fornam y facit, Lutetiam Parisiorum, ut quidam ajunt, quinquies superat. Geogr.

Sæculum XI. Erat vero *Haquem* in homines impro-  
 A.C. 1010. bus & impius in Deos, fatuus, leviter  
 mutabilis, & usque adeo crudelis, ut ali-  
 quando iræ intemperans magnam urbis  
 Cairi partem flammis vastari & cives  
 plurimos trucidari jufferit. Christianos  
 Judæosque persecutus est, istorum Syna-  
 gogas, illorumque Ecclesias demolitus.  
 Unde complures in Apostasiam lapsi im-  
 piam Mahometis superstitionem suscepe-  
 runt. Sed postea *Haquem* iisdem pote-  
 statem fecit, pristinam Religionem de-  
 nuo profitendi & Sacella sua restauran-  
 di. Tandem Divinos honores affectans,  
 habebat conscriptum illorum indicem,  
 qui ipsum Deum crederent, non paucio-  
 res, quam sexdecim hominum millia.  
 Principis insanix adulabatur quidam im-  
 postor Persa, nomine *Mahomet* Ismaelis  
 filius, & cognomento *Darari*, qui anno  
 Hegiræ 408. Christi 1017. in Ægyptum  
 venerat. Is *Haquem* Principis juvenis  
 obsequiis se addixit, amorem & magna  
 beneficia sibi conciliavit, in vulgus spar-  
 gens, hunc juvenem, Deum esse, Crea-  
 torem universi. At populus pessimum  
 servitutis genus averfatus turpe manci-  
 pium *Darari* neci destinat, quem qui-  
 dam Turca ipsius Califæ curru vectum  
 interfecit. Tum occisi ædes diripiuntur,  
 clauduntur portæ civitatis, & in illo tu-  
 multu, qui triduo tenuit, non nulli *Da-  
 rarici*,

Sæculum XI.

A.C. 1010.

*Elm. p. 259.*

*Abulfarag.*

*p. 221. Bibl.*

*Or. Hakem*

*Hemvillap.*

411.

*Elm. p. 264.*

*Bibl. Orië.*

*Dararicum.*

*p. 287.*

rarici, nam Sectatores aliquos habebat Sæculum XI.  
A.C.1010.  
veterator, vita exuti.

Quin etiam Successorem habuit de sua natione Persam, nomine *Hamza*, filium *Abmed*, cognomento *Alkadi*, id est, Rector. Qui, cum multi ad ipsum confluerent Discipuli, Magistros constituit aliquot in Ægypto & in Syria, nam & huic Provinciæ Califæ Fatimitæ, imo & late in Arabia, dominabantur. Docebat vero *Hamza* omnem vitæ licentiam, suosque cum sororibus, cum filiabus, cum matribus incestu coire, tanquam in iusto conjugio, permittebat. Eisdem ab omnibus Religionis operibus, a jejunio, ab oratione, a peregrinatione immunes pronuntiabat. Hinc magnus Sectatorum numerus crevit, quippe eum præterea *Haquem* aperte tuebatur, atque ejusdem Doctrinam amplexus, Califæ, Summique suæ gentis Pontificis, munere fungi negligebat, nec publice preces concipiens, nec in *Moschea* diebus Veneris ad populum dicens. Tempore *Ramadan* non jejunabat, non duo Musulmannorum Festa celebrabat; quin etiam per annos aliquot peregrinos Meham ire prohibuit.

§. XXX.

*Ecclesiæ Orientis.*

Idem Tyrannus Zachariam Patriarcham  
Jaco-

Sæculum XI. Jacobitam Alexandrinum crudelem in  
 A.C. 1010. modum persecutus est. Sed Patriarcha-  
 rum illorum series nobis altius repetenda  
 est. (\*) Gabrieli anno 938. mortuo  
 successit Cosmus, qui illam Sedem te-  
 nuit annis duodecim. Tum Macarius,  
 qui sedit annis viginti. Tum Theopha-  
 nes anno Hegiræ 345. Jesu Christi 956.  
 electus. Is ad Mahometanorum Sectam  
 defecit turpis Apostata; quare ab Epi-  
 scopis Jacobitis captus, cimbæ imponi-  
 tur, & necatur. Corpus in mare pro-  
 jectum. Sederat annis quatuor & dimi-  
 dio, & Patriarcha numero sexagesimus  
 habetur. Theophanis Successor fuit Me-  
 nas anno Hegiræ 350. Salutis 961. ordi-  
 natus. Huic successit Ephrem, anno  
 Hegiræ 367. Salutis 977. ordinatus, qui  
 postquam sedisset annis tribus & dimi-  
 dio, veneno sublatus est a quodam Scri-  
 ba Christiano, ideo tetrum facinus auso,  
 quod eum Patriarcha concubinam habe-  
 re prohiberet. Ceterum Ephrem Pa-  
 triarcha omnia bona sua pauperibus di-  
 stribuit, consuetudinem Simoniacam or-  
 dinationes accepto auro vendendi abo-  
 levit, Moezio Califæ ob excellentes vir-  
 tutes

(\*) Labore & industria prorsus singulari  
 Fleurius monumenta universa ad illustrandam  
 Religionis Christianæ historiam facientia ex  
 omnibus partibus collegit.

tutes adeo carus, ut ei sapius ad Regiam vocato amicissime colloqueretur, & honorifice haberet.

Sæculum XI.  
A. C. 1010.

Eodem Patriarcha Alexandriae sedente, inter vivos agebat Severus, *Elmocfab* filius, Episcopus Asmoninus, Doctorum inter Jacobitas facile primus. Is eximius Theologus inter suos habebatur, linguæ Copticæ seu Ægyptiacæ, & Arabicæ peritissimus. Unde eundem Ephrem Patriarcha delegit ad disputandum cum quodam Judæo Africano, qui, petita a Moezio Califa Fatimita licentia, in colloquio publico coram Principe instituendo, se Catholicos manifesti erroris convicturum jactaverat. Sed contrarium evenit, nam a Severo victus non sine rubore recessit. Severus amicitiaæ fœdere etiam junctus fuit Vazæ Reæ filio, qui viso miraculo, quod S. Mercurii precibus tribuebatur, conversus, & vitam Cœnobicam in Monasterio S. Macarii amplexus, complures libros, atque inter alios vitam suam scripsit. Tandem Martyrium passus est.

*Elmac. p.*  
246.

Severum vero Asmoninum celebrem effecerunt varia opera, quæ hinc inde in Bibliothecis, præsertim in Bibliotheca Regis nostri reperiuntur. Præcipuum inter cetera est Historia Patriarcharum Alexandrinorum a S. Marco usque ad Dioscorum & a Dioscoro usque ad suam

Severi Asmonini Scripta.

*Hist. Eccles. Tom. XIV.*

F

212.

Sæculum XI. ætatem deducta. Verum in hac secun-  
A.C. 1010. da parte, non nisi Jacobitas commemo-  
 rat. Dicit, quod ad scribendam hanc  
 Historiam antiquis libris Græcis, Copti-  
 cis, & Arabicis, qui in Monasterio S. Ma-  
 rii servabantur, usus fuerit. In eadem  
 historia refert, puerum in Evcharistia fu-  
 isse conspectum, quod etiam commemo-  
 rat Vaza in vita sua, addens, quod hunc  
*Perpetuit.*  
*to. 3.* eventum a Severo accepisset.

Cetera Severi Opera tum Moralia,  
 tum Theologica sunt: Expositio brevis  
 Fidei secundum Hæresim Jacobitarum.  
 Responsum ad Tractatum Patriarchæ  
 Melchitæ Eutychie contra Jacobitas de  
 Myserio Incarnationis. Dissertatio de  
 Unitate Dei contra Judæos & *Motaza-*  
*les* seu Epicureos Mahometanos. Refu-  
 tatio cujusdam Operis *Ebnobeid*, Metro-  
 politæ Nestoriani Damasci de Symbolo.  
 Responfa Canonica, & aliquot alii Tra-  
 ctatus de Disciplina. Hi libri non sine  
 laude citantur a plerisque Auctoribus,  
 qui posteriores scripserunt, etiam a Mel-  
 chitis, licet Orthodoxis. Namque utun-  
 tur non nunquam Severi Scriptis de Ev-  
 charistia aliisque Quæstionibus, in quibus  
 Jacobitæ & Melchitæ non dissentiant, &  
 quæ omnibus Christianis utiles esse pos-  
 sunt. Tunc autem hæc Scripta dissimu-  
 lato Auctoris nomine commemorant.

Ephrem

Ephrem defuncto in Sedem Alexan-<sup>Sæculum XI.</sup>  
drinam evectus est Philotheus anno He- <sup>A.C. 1010.</sup>  
gira 371. Christi 982. seditque annis vi-  
ginti quinque. Is pecuniam amabat &  
epulas, optimas horas in balneo consu-  
mens. Simonia vitium in Ordinationi-  
bus revexit, obiitque ex concepto terro-  
re, quem ei in Ecclesia S. Marci Missam  
celebranti objecta visio incussit. Philo-  
thei ætate Melchitarum Patriarcha fuit  
Arsenius, ut memini, unicus, quem post  
tempora Eutychii adnotatum invenire  
potui.

Philotheo successit Zacharias, Jaco-  
bitarum Patriarcha anno Hegira 393. <sup>Elmac. 263.</sup>  
Salutis nostræ 1003. Califæ *Haquem* se-  
ptimo, ordinatus, atque annis viginti  
octo hanc Sedem tenuit. Jussu tyranni  
objectus est leonibus fame pressis, qui  
tamen illæsum (\*) reliquerunt; sed no-

F 2 vem

(\*) Hic Fleurius ab Adversario sæpe nomi-  
nato in sua Reflexione ad hanc locum incusatur,  
quod Lectoribus suis insinuet, Hæreticos (qualis  
superius erat Vaza, qui dicitur Martyrium passus)  
vel Martyres esse posse & patrare miracula, vel  
Jacobitas, juratos Eutychianos, non fuisse Hæ-  
reticos. Sed suspicionibus, fundamento caren-  
tibus, male torquetur hic Adversarius. Nam  
æquitas postulat, ut vox Martyrii hic accipiatur  
pro morte Christiani quomodocunque demum,  
Fidei causa, tolerata, non autem in sensu stricto  
&

Sæculum XI. vem postea annis se se occultavit.  
 A.C. 1012. Omnium Ecclesiarum foribus diu occlu-  
 sis nemini licebat Missam celebrare, nisi  
 in Ecclesia S. Mauritii, coegitque Califa  
 Christianos Crucem de collo pendentem,  
 Judæos vero caput vituli gestare. Tan-  
 dem *Haquem* Califæ Soror, occupato fra-  
 tris consilio, quippe ab amicis monita  
 fuerat, ab eo sibi quoque perniciem im-  
 minere, furere non desinentem, interfici  
 jubet, anno Hegiræ 411. Jesu Christi  
 1020.

## § XXXI.

*Concilium Legionense.*

*Pelag. Ovet.* In Hispania cum Rex Alphonfus V. cum  
 p. 64. Regina Elvira conjuge sua Legionem,  
 tom. 9. Conc. Regni sui Caput, venisset, omnibus Episco-  
 p. 817. pis, Abbatibus, Proceribus, in Festo S. Ja-  
 cobi vigesima quinta Julii, Æra 1050. seu  
 anno Christi 1012. congregatis, Conci-  
 lium

& proprio. Deinde, cum Leones Zachariam  
 Jacobitam intactum reliquerint, rem Historiæ  
 Fleurius fideliter refert. Quod vero Jacobitas  
 fuisse Hæreticos crediderit, aliis argumentis præ-  
 termiſſis probatur ex Fleurii Discursu seu Dissertatione III. post lib. LIX. ubi dicit: *Inde Hæ-  
 reses antiquissimæ hodieque persistunt, atque  
 Christiani Orientis Episcopos Patriarchasque  
 diversarum Sectarum, Melchitas, Nestoranos,  
 Jacobitas, qui Eutychiani sunt, habent.*

lium celebravit, cujus Canones septem nobis supersunt. In primo statuitur, in posterum in omnibus Conciliis primo loco causas Ecclesiasticas esse pertractandas. Nempe hæc Concilia simul erant Comitia politica, in quibus de negotiis Reipublicæ agebatur. Secundo, addit Concilium, agetur de causa Regis, & tertio de causis ad Salutem populi pertinentibus. Abbates & Monachi sub Jurisdictione Episcoporum suorum sint, & Episcopi Diœcesanos alterius non recipiant. Reliqui Canones præcipiunt, Bona Ecclesiarum custodiri, atque ex iis dispicimus, Bona illa in Hispania non minus quam in ceteris Regionibus fuisse a cupidis hominibus direpta. Alphonfus Rex urbem Legionensem ab *Almanzor* & filio ejus *Abdelmelie* vastatam ædificavit, & incolis implevit. Leges Gothicas revexit, aliasque addidit, & postquam regnasset annis viginti novem, telo ictus occubuit, prope Viseum in Lusitania anno 1028. Legionem sepultus. Veremundus III. ejus filius in Regno successit.

## §. XXXII.

*S. Elfegius Cantuariensis.*

In Anglia S. Elfegius Archiepiscopus Cantuariensis ab obitu S. Dunstani quartus, Disciplinam Ecclesiasticam, post mortem maximi viri, collapsam restitue-

Sæculum XI.  
A.C. 1012.

c. 6.

c. 3.

vit. Sæc. 6.

Ben. p. 115.

Boll. 19.

Apr. to. 10.

p. 630.

F 3

re

Sæculum XI. re omnibus viribus conabatur. Is, circa  
 A. C. 1012. ca annum nongentesimum quinquagesimum  
 quintum nobilissima prosapia ortus, & a prima ætate, relicto mundo,  
 vitam Monasticam professus, postquam per aliquot annos in obedientiæ schola  
 animum exercitasset, conditi a se Monasterii Bathensis Abbas fuit. S. Ethelwoldo  
 deinde anno nongentesimo octogesimo quarto fati functo, Episcopus Wintoniensis,  
 eo modo quo retuli, ordina-

*Sup. l. LVII* tus, omni virtutum genere claruit. In  
*§. 13.* hyemé, terra frigore constricta, noctu  
 e cubili se proripiens nudis pedibus sola  
 interula tectus exhibat ad orandum. Quandoque in aquis præterfluentis usque  
 ad cingulum ejus contingentibus stans orabat. Nunquam carnes, nisi  
 ægrotaret, comedebat. Maxima pauperum cura erat, nec quemquam suæ  
 Diocesis palam mendicare, nec exterum vacuis manibus abire patiebatur. Si vero  
 aliæ opes defecissent, egenis sublevandis thesaurum Ecclesiæ impendebat.

S. Dunstanus, vitæ suæ finem imminere sentiens, a Deo instantissima oratione postulavit, & obtinuit, ut sibi Ellegium  
 successorem daret. Quandoquidem post obitum S. Dunstani Ethelgarus

*Wilhelm de gest. Pont. p. 203.* uno anno Archiepiscopus Cantuariensis  
*Mabill. Sæc. 6. Ben. p. 61.* fuit. Tum anno nongentesimo octogesimo nono  
 Siricius antea Episcopus Wintoniensis

toniensis, & anno nongentesimo nonage-  
 fimo sexto Alfricus, qui prius Siricii in Sæculum XI.  
 Sede Wiltoniensi Successor, eidem etiam A.C. 1012.  
 in Cantuariensi successit. Is Sedem Ar-  
 chiepiscopalem tenuit annis decem, non  
 solum virtutibus, sed etiam Doctrina in-  
 signis. Grammaticam & Dictionarium  
 scripsit. Primos S. Scripturæ Libros, &  
 quædam alia Opera in linguam Saxoni-  
 cam, id est, Anglicam vertit. Complura  
 in eadem lingua composuit, inter alia  
 Historiam suæ Ecclesiæ, Sermonesque  
 centum & octoginta. In Actis Conci-  
 liorum occurrit Epistola Alfrici ad Epi-  
 scopum nomine Wulfinum data, conti-  
 nens Regulas pro informandis Clericis *tom. 9. Conc.*  
 suis, ex quibus apparet, fuisse homines *p. 1003.*  
 rudissimos, ne quidem præcipua profes-  
 sionis suæ officia scientes. Præsertim  
 inculcat, teneri ipsos ad servandam (\*)  
 continentiam. Obiit Alfricus anno 1006.  
 postquam Ecclesiam Cantuariensem an-

F 4

nis

(\*) Alfricus quoque de Cælibatu Clericorum  
 ex traditione a tempore Apostolorum accepta te-  
 stis est. Ita ut omnino obstupescendi locus sit,  
 Protestantes rem per omnia sæcula tantopere  
 testatam in dubium vocare. Si vero ex eo,  
 quod multi hanc legem Ecclesiasticam contem-  
 pserint, inferre voluerint, legem non extitisse,  
 una simul vim præceptorum Divinorum eludente  
 quæ a plurimis violantur.

Saeculum XI. nis decem rexisset, atque Sanctorum  
 A.C. 1012. numero adscriptus est.

\* Winche-  
 ster.

tom. 9. Conc.  
 p. 789.

c. 4.

c. 6.

Itaque Alfrico defuncto Elsegius, postquam Ecclesiae Wintoniensi \* annis viginti duobus praefuisset, annos natus quinquaginta duos ad Sedem Cantuariensem translatus est. Romam profectus, ut e manu Summi Pontificis Pallium acciperet, caelo revelante cognovit mortem Quenulfi, sui in Sede Wintoniensi Successoris, qui hanc Dignitatem data pecunia emerat. Ubi in Angliam rediit, Ethelredus Rex, ipsius & Odulfani Archiepiscopi consiliis impulsus, indicta in quodam loco, qui *Aenham* dicebatur, Synodo, omnes Episcopos & Proceres Angliae convocavit, in qua Canones triginta duo ad reformandam Disciplinam, & mores, inprimis Monachorum & Sacrarum Virginum, conditi. Presbyteri usque adeo Canones spernebant, ut aliqui duas mulieres aut etiam plures alerent, jamque turpis abusus in consuetudinem abierat. Praecipit Concilium, ut pellices dimittant, addito promisso, si continentiam servarent, fore, ut privilegiis nobilibus viris concessis gaudere sinerentur. Fideles jubentur superstitiones Paganorum fugere, atque Incantatores, Hariolos, Sagas ejicere. Christianus non venundetur extra patriam, praesertim ad regiones Infidelium  
 abstra-

abstrahendus. Nemo uxorem ducat sibi in sexto gradu affinem, aut priore uxore non defuncta. Omnes Census Ecclesiæ debiti præsertim S. Petri denarius redantur. Festa & Jejunium Feriæ sextæ servantur. Fideles sæpe confiteantur, & saltem ter in anno communicent. Mulctæ injunctæ ob crimina contra Deum commissa, quamvis eas Judex Sæcularis decernat, in usum Ecclesiæ convertantur.

## §. XXXIII.

*S. Elfegii Martyrium.*

Inter hæc Piratæ Dani Angliam invadebant, viris, consilio, opibus destitutam. Ergo Elfegius suis exhortationibus Barbarorum furorem sistere, imo eorum Duces ad fidem convertere conabatur. Captivos redimebat, extremam famem patientes nutriebat sibi benedictes, Infidelibus sannas ingerentibus. Oblessa tandem a Danis Cantuaria anno 1011. vi summa ab armatis superatur. Tunc vero victoris ferro vel flammis injectis consumpta omnia. In feminas quoque & in parvulos sævitum. Elfegius, de manibus monachorum suorum ipsum in Ecclesia tenentium repente elapsus, currit ad forum cadaveribus stratum, & in cuneos hostium se ingerens, *parcite, exclamat, parcite. Quid vobis*

F 5

cum

Sæculum XI.

A.C. 1012.

c. 8.

c. 9. 10. &amp;c.

c. 20.

c. 31.

vit. n. 6.

Roger. Ho-  
ved. p. 131.

Sæculum XI. *cum inermibus, cum innocentibus, cum*  
A.C. 1012. *feminis, cum parvulis? me, me sternite,*  
*si viri estis. Ego adsum, qui vestra cri-*  
*mina semper libero ore castigavi, qui ca-*  
*ptos a vobis pavi, vestivi, redemi. Mox*  
*itaque comprehenditur, & intercepto*  
*manibus gutture vox loquentis, ne plu-*  
*ra probra ingereret, præpeditur, vincu-*  
*lis palmæ innectuntur, genæ unguibus*  
*difsecantur, pugnis & calcibus latera*  
*tunduntur. Ecclesiam quoque igni com-*  
*burunt, populum Clericosque gladio in-*  
*terficiunt, decimo cuique parcentes, un-*  
*de non plures quam quatuor monachi*  
*& octoginta viri sæculares servati sunt.*  
*Ceterum Elmerum S. Augustini Abbatem*  
*dimiserunt liberum; sed Goduinum Epi-*  
*scopum Rosensem, & Leofrunam Abba-*  
*tissam S. Mildrithis vinculis dederunt.*

S. Elfegium septem mensibus in car-  
 cere detinuerunt barbari. At parvo  
 temporis intervallo duo eorum millia  
 percussa per duros viscerum cruciatus  
 interierunt. Tunc a Christianis excita-  
 ti, qui malum a Cœlo immissum crede-  
 bant, ad Archiepiscopum currunt, ve-  
 niam petunt, & a vinculis liberant. Di-  
 cebat vero vir Sanctus: *Etsi crudelitas*  
*vestra veniam non promereatur, tamen*  
*quid nos facere deceat, exemplo Domini*  
*edocemur, qui suorum dignatus lavare pe-*  
*des discipulorum, illum non exclusit, a*  
 quo

quo se tradendum esse præscivit, qui gras-  
 satores ad se capiendum missos, postquam  
 prostravit, erexit, qui pro persecutoribus  
 suis & se crucifigentibus Patrem suum  
 Cælestem oravit. Hæc elocutus, dato  
 omnibus pane a se benedicto, eos exitiali  
 clade liberavit. Cumque sanitati resti-  
 tuti essent, miserunt ad Elfegium prin-  
 cipes quatuor, qui nomine omnium pro  
 impenso beneficio gratias agerent; ve-  
 rum addiderunt, si Episcopus vita & li-  
 bertate frui vellet, tria millia marcarum  
 eis persolveret. Quod cum ille facere  
 renueret, eum denuo ligant, & exqui-  
 sitis tormentis in ipsa Resurrectionis Do-  
 mini die, decima tertia Aprilis, anno  
 1012. affectum iterum in carcerem de-  
 trudunt.

Sabbato proximo S. Elfegius de car-  
 cere educitur, & jumento impositus ad  
 iudicium pertrahitur, acclamantibus Da-  
 nis: *Solve aurum, quantum petimus, nisi*  
*navis hodie mundo spectaculum fieri.* At  
 ille: *Aurum vobis Divinæ Sapientiæ pro-*  
*pono. Relinquitte superstitionem, quam*  
*diligitis, & ad verum Deum converti-*  
*mini. Quod si consilium Dei per me vobis*  
*annunciatum obstinata mente spreveritis,*  
*pejori profecto quam Sodoma morte peri-*  
*bitis, nec in hac terra radices agetis.*  
 Tunc Diaboli satellites in Virum Sanctum  
 prosiliunt, aversis securibus in terram  
 deji-

Sæculum XI.  
 A.C. 1012.

vit. n. 13.

Elfegius Ar-  
 chiepiscopus  
 Cantuarien-  
 sis.

Sæculum XI. A.C. 1012. dejiunt, lapidibus, ossibus & capitibus bovinis obruunt. Ipse genua flectens pro percussoribus suis Deum oravit, & prolapsus in terram iterumque resurgens, Ecclesiam suam bono Pastori commodavit. Tandem Danorum aliquis, quem pridie confirmaverat, barbara pietate motus, ne scilicet Episcopus diutius in mortis confinio laboraret, securim capiti ejus infixit; ex quo vulnere Spiritum reddidit. Passus est autem in Sabbato Hebdomadæ Paschalis, die decima nona Aprilis, anno 1012. postquam Archiepiscopus Cantuariensis annis sex, & homo annis quinquaginta octo fuisset. Principibus Danorum, Martyris corpus flumini immergere volentibus, obsistunt Infideles ab ipso conversi, quorum magnus erat numerus; namque armati procurunt, saltem defuncti corpus sibi vindicaturi. Miraculum litem inter Barbaros exortam diremit. Londinenses vero comperta S. Viri morte Corpus multo auro redemptum in urbe sua sepelierunt; quod elapso decennio Cantuariam translatum. Ecclesia S. Martyrem ipsa obitus die colit.

*Martyr. Ro.*  
*19. Apr.*

## §. XXXIV.

*Gero Archiepiscopus Magdeburgensis.*

*Ditma. l. 6.*  
*p. 74.*

Eodem anno 1012. cum Ecclesiæ Cathedrali Bambergensi ultima manus fuisset imposita, in Henricus Rex in Natali

tali suo, die sexta Maji, solemnī Ritu de-  
dicari voluit. Adfuere Episcopi plus Sæculum XI.  
A. C. 1012.  
quam triginta sex cum Joanne Patriar- Chron. Sax.  
an. 1012.  
cha Aquilejensi, cujus primæ partes in  
illa consecratione fuerunt. Duæ etiam  
Abbatissæ Sophiæ & Adelheidis Otto-  
tonis III. Imperatoris sorores interfue-  
runt, atque in illius diei lætitia Rex com-  
pluribus reis veniam dedit, aliis promi-  
sit. Eodem anno Festum Pentecostes ce-  
lebravit Merseburgi, qua die Missa a Tag-  
mundo Archiepiscopo Magdeburgensi  
decantanda fuisset; sed ipso a morbo cor-  
repto Ditmarus Episcopus Merseburgen-  
sis hoc munere defungi jussus est. E vi-  
vis abiit Tagmundus octava Junii post-  
quam annos octo & quatuor menses Se-  
dem Magdeburgensem obtinisset. Rex  
de ejus obitu certior factus, misit Hen-  
ricum Episcopum Herbipolensem, qui Ca-  
pituli Cathedralis & Vasallorum mentem  
exploraret, priusquam ad electionem se-  
cundum Canonem procederent. Omnes  
vero una voce professi sunt, cupere se Ar-  
chiepiscopum habere Waltherum Præ-  
positum, cui vocato, & soli ad conclave  
admisso, Rex diu collocutus est. Ipse  
exiens comitibus suis annulum e digito  
suo fulgentem ostendit, dixitque: *En,  
gratiæ a Rege mihi factæ pignus.* Tum  
omnibus ad Regis solium convenienti-  
bus, ipse in Waltheri laudes effunditur.  
Ergo

Sæculum XI. Ergo Electione canonice peracta, illico  
 A.C. 1012. ei Rex baculum Pastoralem tradit, atque  
 Waltherus dicto Regi Sacramento ad  
 Ecclesiam perducitur, omnibus Divinas  
 laudes decantantibus.

Hæc discimus referente Ditmaro, te-  
 ste præsentate, atque exinde omnia cogno-  
 scimus, quæ in Germania, cum eligen-  
 dus esset Episcopus, sub Rege Sancto  
 Henrico observabantur. Quolibet Epi-  
 scopo defuncto, res ad Regem defereba-  
 tur, ejus consensus antequam Electio fie-  
 ret, expectabatur, Rex electionem con-  
 firmabat, dans Electo annulum & Bacu-  
 lum pastorem, & juramentum fidei ab  
 eo accipiebat, priusquam Ecclesiæ suæ  
 possessionem adiret. Quantum intersit  
 hæc notasse, ex iis, quæ sub sequentibus  
 Imperatoribus evenerunt, intelligemus.

Sabbato sequente Arnulphus Episco-  
 pus Halberstadiensis Waltherum jubente  
 Rege in Thronum Episcopalem immi-  
 sit, quem Die Dominica quinque ipsius  
 Suffraganei consecrarunt. At Sedem  
 Magdeburgensem non plus septem septi-  
 manis tenuit, mortemque oppetiit 12ma  
 Augusti eodem anno 1012. vir admodum  
 severus videbatur, sed revera mitis erat,  
 Justitiæ amans, propositi tenax, atque  
 ad defendenda Ecclesiæ jura virtute con-  
 stantiæ præditus. Ubi eum post brevem  
 morulam expiraturum crediderunt sui, e  
 lectulo

*Ditm. p. 77.*  
78.

lectulo levatum in cilicio deponunt, cinerem manibus aspergunt, pectori crucem alligant, cereosque accendunt. Libri ejus, quos collegerat, quamprimum conspectus est mortuus, direpti sunt. Interea Theodoricus, Ditmari Episcopi nepos, Archiepiscopus Magdeburgensis electus fuerat; id vero Regi non probabatur; quare effecit, ut Gero Capellanus suus ad Episcopatum promoveretur, & Geroni Theodoricum subrogavit. Gero igitur in Festo S. Mauritii vigesima secunda Septembris anno millesimo duodecimo ordinatus est.

Sæculum XI.  
A.C. 1012.

p. 79.

Post Festum S. Martini Henricus Rex Confluentiam profectus, convocato amplissimo Concilio Theodoricum Episcopum Metensem, ceterosque in Lotharingia seditionis reos damnari petiit. Quippe Theodoricus Reginae Cunegundis germanus in Regem Sororium suum arma arripere, jam anno 1012. ausus fuerat, quod ille agros Sorori suæ, si vidua futura esset, destinatos Ecclesiæ Bambergensi adscripsisset. Hinc in Concilio Dedicationis Bambergensis querelas contra Theodoricum moverat Rex, in Concilio autem Confluentino Sacris Episcopo interdictum est, donec objectum crimen dilueret.

Chron. Sax.  
1012.

Ditm. lib. 6.  
p. 54. 80.

§. XXXV.

Sæculum XI.

§. XXXV.

A.C. 1012.*Sergii IV. obitus. Benedictus VIII.  
Papa.**Chron. Sax.*

1013.

*Ditm. p. 84.**Pap. conat.*

Henrico Rege Poldenæ in Saxonia Natalem Domini anno millesimo duodecimo celebrante, advenit novus Papa Benedictus VIII. omnibus dignitatis Pontificiæ insignibus fulgens, & coram omnibus lamentabilem in modum exposuit, quod ab inimicis urbe expulsus fuisset. Nempe Sergio IV. eodem anno 1012. decima tertia Julii, postquam in Cathedra Petri sedisset annos duos & novem menses, defuncto, & in Ecclesia S. Joannis in Laterano sepulto, Romani in partes abierant, his cuidam Gregorio adhærentibus, aliis Joannem Episcopum Portuensem, Gregorii Comitis Tusculanensis filium eligentibus. Vicit vero Joannes, & Papa salutatus Benedictus VIII. appellari voluit. Sacram Sedem deinde annis duodecim tenuit. Tunc vero cum Gregorii factio prævaleret, Benedictus ex urbe fugere, & opem Henrici Regis petere, compulsus fuerat.

*Chron. Cass.*

l. II. c. 27.

§. XXXVI.

*Obitus S. Libentii. Unvan Archiepiscopus Bremensis.**Sup. lib.*

L.VII. §. 16.

Anno sequente millesimo decimo tertio S. Libentius, seu *Lievezo* Archiepiscopus

pus Bremensis & Hamburgensis obiit, <sup>Sæculum XI.</sup> postquam diu ægrotasset. <sup>A.C. 1013.</sup> Ultima ante diem obitus nocte ad circumstantes dixit: *Filii mei! discite ex meo exemplo nunquam de Bonitate Divina diffidere.* <sup>Mabill. Sæc. 6. p. 115.</sup> <sup>Ditm. lib. 6. p. 80.</sup> <sup>Sup. l. LVI. §. 11.</sup> *Domini Papam Benedictum in exilium proficiscentem huc secutus sum, quamvis multi ab illo proposito me dimovere conantur.* Huic dum vixit studiosus adhæsi, & post ejus obitum Domino meo Adalago servivi, ut potui. Is pauperes suos fidei commisit meæ, tum a cubiculis esse jussus sum. Huic etiam communi vestra electione, & Regis munere, in Episcopatu licet indignus successi. Omne, quod invicem peccavimus, Christi amore ex corde remittamus. Hoc autem in extremis salubre vobis consilium do, ut Ottonem Fratrem vestrum Rectorem nostræ Ecclesiæ eligatis, & Deum oretis, ut id Regi placeat. Omnes se ejus suasioni morem gesturos polliciti sunt.

Decessit e vita altera die, quæ erat Dominica, 4ta Januarii, S. Antistes, anno post susceptum Pontificatum vigesimo quinto. Quo nuncio accepto Henricus Rex magnum dolorem ob tanti viri jacturam, sed simul se firmam spem in defuncti precibus apud Deum ponere professus est. Cum vero Otto cum Delegatis Ecclesiæ vacantis ad eum venit, electionem confirmare recusavit, Archi-

*Hist. Eccles. Tom. XIV.*      G      epi-

Sæculum XI. episcopatum Hamburgensem contulit  
A.C. 1013 *Unvan* Capellano suo, & a Delegatis repugnans, ut tandem utcumque consentirent, obtinuit. Tum, arrepta Ottonis manu, aliam gratiam se ei concessurum promisit. Ergo *Unvan* Baculum pastoralem tradit, eumque se præsentem a Gerone Archiepiscopo Magdeburgensi, duobus Episcopis assistentibus, ordinari jubet. *Unvan* deinde Pallium a Benedicto VIII. accepit, & Ecclesiæ Hamburgensi atque Bremensi annis sexdecim præfuit, vir nobilissimo genere ortus, dives, & munificus præsertim in Clericos suos, summis infimisque carissimus.

## §. XXXVII.

*Ecclesia Saxonica afflictæ.*

*ibid. c. 30.* **U**ltimis quibus Libentius Archiepiscopus sedit annis Sclavi Saxoniam inferiori extremam calamitatem attulerunt. Nam Ottone III. Imperatore fati functo hi populi favente occasione usi, cum Saxones de Regni Successione rixarentur, excusso jugo arma corripuerunt, se se in libertatem asserturi. Præterea Sclavorum animi sponte aversi Christianorum præfectorum crudelitate pejus accensum sunt. Præfuerat illi regioni Benno Dux Saxoniam, vir virtutum splendore clarissimus, Ecclesiarum defensor; quo mortuo, succedens filius Bernardus pacem Saxoniam,

*Helmod. lib.*  
*1. c. 16.*

niæ, commota in Regem Henricum sedi- Sæculum XI.  
 tione, turbavit, omnium Ecclesiarum, A.C. 1013.  
 maxime illarum, quarum Rectores ipsius  
 defectionem horrebant, hostis infensissi-  
 mus. Nec memor prudentiæ & clemen-  
 tiæ, qua pater ejus avusque Sclavis pe-  
 percerant, & auri cupiditate abstractus  
 miseros oppressit, unde gens illa jam nul-  
 lam nisi in desperatione salutem quære-  
 bat; cum novum etiam accederet ma-  
 lum a Marchione Theodorico, qui Scla-  
 vos in Saxonia Orientali crudelissimi ha-  
 bebat.

Ergo hi populi barbara feritate nec-  
 dum penitus deposita, cum nec Religio  
 Christiana apud eos firmas radices egis-  
 set, simul fidem Christo & Saxonibus  
 Dominis suis juratam abjecerunt. Re-  
 gionem totam, qua Albis, nobilis amnis,  
 Septentrionem spectat, igni ferroque de-  
 vastarunt. Cunctas Ecclesias incende-  
 runt, & fundamenta ipsa subruerunt, di-  
 verso mortis genere Presbyteros cete-  
 rosque Altaris Ministros interemerunt,  
 cunctis ultra Albim Christianæ fidei ve-  
 stigiis extinctis. Ex civitate Hambur-  
 gensi multos captivos tum Clericos, tum  
 cives laicos abstraxerunt, multo pluribus  
 in odium fidei trucidatis. Aldinburgi,  
 qua civitate nulla alia majore Christiano-  
 rum incolarum numero gaudebat, reli-  
 quis omnibus ferarum instar ad interne-  
 cionem

Sæculum XI.  
A.C. 1014. cionem deletis, sexaginta Presbyteros, quibus, priusquam necarentur, furiose illuderent, servarunt. Quippe miseros dissecta in formam crucis suprema verticis pelle, atque etiam cranio, ita ut cerebrum perspiceretur, perforato, per omnes Sclavorum urbes, ligatis a tergo manibus circumduxerunt, cæciderunt, & donec quisque eorum occumberet, torserunt. Acta horum Martyrum, si conscripta fuissent, grande volumen impleissent. Ita omnes Sclavi inter Albim & Eidoram positi Christianæ Religioni, postquam eam annis septuaginta, scilicet Ottonibus imperantibus, tenuissent, renunciarunt.

## §. XXXVIII.

*S. Henricus Imperator coronatur.*

*Chron. Sax.*  
*Ditm. lib. 7.*  
*init.*

*Muratori*  
*Anecd. to. 2.*  
*p. 204.*

Inter hæc Rex Henricus, itinere in Italiam suscepto, Papiæ Festum Nativitatis Domini anno millesimo decimo tertio celebravit. Benedictus Papa VIII. prior Romam redierat, cumque & Rex advenisset, Imperator coronatur vigesima secunda Februarii anno millesimo decimo quarto, in festo, quo S. Petri Cathedra colitur. Ritus autem hic servatus. Henricum Regem & Cunegundem Reginam vallabant duodecim Senatores, quorum sex barba rasa Romanorum, & sex prolixa, in superiore labro decore horri

horrifico more Francorum, baculos in <sup>Sæculum XI.</sup> manibus tenentes, incedebant. Ita ad A.C. 1014. Basilicam S. Petri, ubi eum Papa præstolabatur, perveniens interrogatur, an Romanæ Ecclesiæ Defensor, Papæ autem ejusque Successoribus per omnia fidelis esse vellet. Rege id promittente, Papa eum consecravit & Imperatorem cum Regina Sponsa coronavit & priorem Henrici coronam super Altare Principis Apostolorum suspendi præcepit. Eadem die Papa Principibus cœnam exhibuit sumptuosam in Palatio Lateranensi. Hæc ita a Ditmaro Episcopo accepimus.

Glaber Monachus relatis adjicit, Pontificem præparari jussisse pomum aureum, cinctum duobus circulis gemmeis decursatis, supereminte cruce ex auro purissimo. Pomum typus erat mundi, Crux Religionis Christianæ, cujus tutela ad Imperatorem spectat, & gemmæ figura erant virtutum, quibus Cæsarem, Mundi Dominum, ornatum esse decet. Pomum mundi Symbolum non erat novum inventum, nam in nummis antiquis Antiqui Imperatores ejusmodi signum rotundum manibus tenere visuntur. Cum ergo hoc pomum coram omni populo a Papa sibi datum Imperator hilari vultu acciperet, *docere me vis*, inquit, *Sanctissime Pater, qua potissimum ratione me populos regere oporteat.* Tum pomum

Sæculum XI. suspiciens, adjecit: *Nemini mortalium*  
A.C. 1014. *hoc donum magis convenit, quam illis,*  
*qui ꝑ. oculcata mundi pompa, libere Cru-*  
*cem sequuntur.* Tumque pomum istud  
 aureum misit ad Monasterium Cluniacen-  
 se, quod jam antea muneribus plurimis  
 cumulaverat, quia illa ætate nullibi san-  
 ctius Regula observari credebatur. Ad-  
 dit Glaber in hoc loco: *Sanae rationi*  
*omnino consentaneum, & consuetudine*  
*optima approbatum videtur, quod nullus*  
*Principum Imperatoris Titulum sibi ar-*  
*roget, nisi quem ob magna merita Papa*  
*elegerit, & tantæ Dignitatis insignia tra-*  
*diderit.* His verbis Glaber testificatur,  
 quamam hac de re illo ævo opinio vige-  
 rit, nam ista Historia S. Odiloni, anno  
 1049. fatis functo, inscripta est.

Henricus Imperator Romæ commo-  
 rans aliquando ex Presbyteris quæsit; *Bern. Aug.*  
*de Miss. c. 3.* cur recitato Evangelio Symbolum Fidei  
 non decantarent, ut mos in aliis Eccle-  
 siis ferebat. Responderunt: cum Eccle-  
 siam Romanam nullo unquam tempore  
 Hæresis infecisset, non opus esse, ut Fi-  
 dem suam, nec dubiam, nec suspectam,  
 profiteretur. Nihilominus suadente Im-  
 peratore Symbolum in Missa solemniter de-  
 cantari imposterum Benedictus Papa jus-  
 sit. Id nobis Berno Abbas Augiæ divi-  
 tis, cum hæc gererentur præfens, testa-  
 tum facit.

§. XXXIX.

## §. XXXIX.

*Concilium Ravennatense.*Sæculum XI.  
A.C. 1014.

**H**enricus Imperator Archiepiscopatum Ravennatensem Arnulpho fratri suo contulerat. Quia vero de possessione ei lis movebatur, ipsum iterum in Cathedram invehit, & in propria Ecclesia a Pontifice consecrari voluit. Econtra petebat, ut Adalbertus, illius Sedis invasor, de gradu Sacerdotali dejiceretur, quem tamen, prudentum virorum consilio obsecutus, Ecclesie Ariciensi præfecit. Papa vero Episcopos quatuor ab Archiepiscopo Leone jam cæco ordinatos deposuit.

*Ditm. p. 15.**Sup. §. 3.*

Arnulphus Neo-Archiepiscopus eodem anno millesimo decimo quarto, ultima die Aprilis, in Ecclesia Resurrectionis Ravennæ Concilium celebravit, cui interfuere Sigefridus Episcopus Placentinus, & complures alii Provinciarum Æmilianæ, Flamminianæ, & Pentapolitanæ. Ad Episcopos hujus Synodi delatum, quod vacante Sede Ravennatensi, nempe mensibus undecim ab obitu Frederici, anno millesimo tertio defuncti, multa & præter alia Ordinationes illicitæ atque Dedications Ecclesiarum contra Canones fuissent peractæ. Unde in prima Sessione statutum, ut omnes illegitime ordinati, usque ad accuratam

*tom. 9. Cont.  
p. 833.*

G 4      causæ

Sæculum XI. causæ discussionem, suspensi essent. A.C. 1014. Altera die decrevit Concilium, ut in omnibus Ecclesiis & Sacellis ab Adalberto consecratis Sacra interdicerentur, & Benedictio illa nulla declararetur. Tertia die sub pœna anathematis omnibus illius provinciæ Episcopis prohibitum, ne Sacrum Chrisma venundarent, aut pretium pro commendatione animarum, vel sepulturis acciperent; tum omnia, quæ Gerbertus & Fridericus præceperant, confirmata. Item prohibitum, ne Archipresbyteri Benedictionem populo impertirentur, aut Confirmationem cum Sacro Chrismate conferrent, quod hæc ministeria solis Episcopis essent reservata.

## §. XL.

*S. Henrici Religio.*

*Ditm. p. 85.* Cum Henricus Imperator in Italia versaretur, Episcopatum Bobiensem ex consilio illius provinciæ Episcoporum, qui id necessarium æstimarunt, instituit. Hic ille locus est, in quo S. Columbanus vitam posuit, & ubi servantur ipsius Reliquiæ. Imperator Festo Paschali, quod hoc anno 1014. in vigesimam quintam Aprilis inciderat, Ticini celebrato, iterumque superatis Alpibus, ad varias Ecclesias pietatis causa paucis comitantibus peregrinatus est. Interim Arduinus, qui se hucusque

usque Regem Italiae appellari voluerat, quamprimum Imperator tergum Italiae vertisset, Vercellas quidem suo milite implevit, unde Leoni Episcopo vix fuga elabi permiffum, sed tandem ad officium redire compulsus, relicto saeculo in monasterium Fructuariense se recepit, ubi anno 1018. 2. Martii, e vivis abiit, a quibusdam in Sanctorum numerum relatus.

Henricus Imperator in Germaniam revertens in itinere divertit ad S. Odilonem Abbatem Cluniacensem, quem sibi carissimum saepe invisebat, & non nunquam ad Regiam deducebat. In ista vero commoratione Monasterio coronam suam, Sceptrum, globum, vestem Imperialem, Crucifixi effigiem, nempe summam auri centum pondo dono dedit, & postquam impetravit, ut hujus Sanctae Congregationis fratribus adscriberetur, petiit ab omnibus semper pro se orari, iisque agros fertilissimos in Alsatia, datis literis, concessit. S. Meinvercus Episcopus Paderbornensis, Imperatorem in illa profectioe secutus, occasione usus, a S. Odilone monachos sibi dari petiit, qui monasterii in suburbiis Paderbornae condendi seminarium existerent. Ceterum Cluniaco asportavit pondus panis, mensuram vini, Librum Regulae, Hymnorum, Antiphonarum, atque ad suos reversus

Sæculum XI. extra urbem in honorem S. Benedicti Sa-  
 A.C. 1014. cellum fundavit, celeberrimum futurum  
 monasterium.

*Chron. Sax.* Henricus, celebrato Bambergæ Pen-  
 tecostes Festo, ad Monasterium Corbe-  
 jense in Saxonia pervenit, ubi dissoluta

Monaste- monachorum vita acriter offensus, ad eos  
 rium Cor- reformandos animum adjecit, atque eo-  
 bejense. rum sexdecim, qui pervicacissimi vide-  
 bantur, carceri includi jussit. Situm erat

*vit. c. 10.*  
*n. 370.*

Corbejense monasterium in Diœcesi Pa-  
 derbornensi; cumque S. Meinvercus Epi-  
 scopus illud quadam die visitans probro-  
 se fuisset ejectus, Imperator, ab eo mo-  
*Ditm. p. 88.* nitus, Abbatem deponi, eique Drutma-  
 rum monachum Lauresheimensem sub-  
 rogari jussit. Quod monachi impatien-  
 tissime ferentes cuncti, novem exceptis,  
 discesserunt. At postea complures re-  
 versi Sacræ Regulæ jugo colla submise-  
 runt.

Vitæ monasticæ amore usque adeo  
 captus est Henricus Imperator, ut etiam  
 eam amplectendi consilium inierit. In  
 paucis autem diligebat Richardum Ab-  
 batem S. Vitoni, Virduni, cui multum  
 auri argentique atque vasa pretiosa do-  
 no dedit; cumque quadam die venisset,  
 cellas monachorum nuper exstructas in-  
 specturus, claustra ingrediens, latus unum  
 Episcopo Heimone, alterum Richardo  
 Abbate stipantibus illud Psalmi recita-  
 vit:

*Mirac. Ben.*  
*Rich. n. 8.*  
*Sæc. 6. Ben.*  
*p. 533.*

vit: *Hæc requies mea in Sæculum Sæcu-* Sæculum XI.  
*li, hic habitabo, quoniam elegi eam.* No- A.C.1014.  
 tavit Imperatoris verba Episcopus, tum-  
 que, ubi Abbatem solum habuit, ait: *Psal. 131.*  
*Cave sis, ne hunc Principem recipias, &*  
*quod unice cupit, cucullo involvas, nisi*  
*totum Imperium perditum velis.* Sapien- 14.  
 ter locutus Episcopus visus est Abbati,  
 atque in re tanta ingenio suo usus &  
 Imperatori satisfacit, & Reipublicæ non  
 nocuit.

Namque Imperatorem in mediam  
 Congregationem deductum interrogavit  
 Abbas, an Monachus esse cuperet. Re-  
 spondit ille obortis lacrymis, se animo  
 constituisse, in hoc ipso loco, deposita  
 veste sæculari, inter monachos Deo ser-  
 vire. Rursusque Abbas: *Visne secun-*  
*dum Regulam & exemplum Jesu Christi*  
*obediens esse usque ad mortem?* Impera-  
 tore respondente, se vero id promittere  
 & ex toto corde velle. *Et ego, reposuit* S. Henricus  
*Abbas, te monachis meis adscribo, atque* Monachus  
*ex hac hora curam Salutis tuæ in me su-* in voto.  
*scipio. Hinc volo, ut in timore Dei,*  
*quæcunque jussero, facias.* Henrico ite-  
 rum affirmante, in potestate Abbatis se  
 futurum, tandem Richardus: *Itaque vo-*  
*lo & jubeo, ut ad Sæculum redeas, Ro-*  
*manum Imperium tibi a Deo commissum*  
*regas, atque virili constantia & justitia*  
*inviolabili, omnibus viribus, totius Rei-*  
*publicæ*

Sæculum XI. *publicæ salutem conserves.* Obediit piis-  
A.C. 1014. simus Princeps, licet animus repugnaret,  
 nec Imperii clavum dimisit. Sed exin-  
 de sæpius ad Richardum Abbatem di-  
 vertit, ejusque consilio in gravissimis Rei-  
 publicæ negotiis usus est.

## §. XLI.

*S. Meinvercus Paderbornensis.*

*vit. c. 1. n. 4.* Sanctus Meinvercus Paderbornensis ex  
 Clericis Halberstadiensibus ad Re-  
 giam Ottonis tertii, cui affinitatis vin-  
 culo jungebatur, ad obeundum Capella-  
 ni munus evocatus fuerat. Episcopo  
*c. 3. n. 17.* deinde Paderbornensi, anno millesimo  
 nono, defuncto, Henricus Rex accersito ad  
 se Meinverco subridens & chirothecam  
 ei tradens, *accipe*, ait. Et Meinverco re-  
 spondente, *quid accipiam?* Reposuit Rex:  
*Episcopatum Paderbornensem.* Rursus  
 Capellanus: *Cur de isto Episcopatu vi-  
 verem? satis opum mihi est, unde Eccle-  
 siam hac pinguiorem instituem.* Ex mea  
*mente loqueris*, inquit Rex, *cupioque, ut  
 tuis opibus hujus Ecclesiæ paupertatem  
 subleves.* Ille hilariter: *Accipio & Epi-  
 scopatum & conditionem.* Moxque a  
 Willegiso Archiepiscopo Moguntino,  
 Metropolita suo, Episcopis, qui tunc for-  
 te in Regia versabantur, assistentibus,  
 consecratur. Episcopali Ordine insigni-  
 tus Meinvercus nihil antiquius habuit,  
 quam

quam Ecclesiam suam Cathedralē, a <sup>Sæculum XI.</sup> Barbaris vastatam, e ruinis eductam magnifice reparare. Ut autem suæ Diocesi in futurum consuleret, ab Henrico Rege nunc fundos, nunc bona mobilia obtinuit. Effecit etiam singulari industria, ut tum complures proceres, tum viri Ecclesiastici, atque etiam privati plurima sane latifundia suæ Ecclesiæ conferrent, unde hinc populi Religio eximia, inde maximum Episcopi in locupletanda Ecclesia sua studium perspicitur. Non minor fuit de rebus conservandis, quam acquirendis cura. Solicite providebat, ne servis, quibus hos agros excolere incumbebat, necessaria deessent, segnes castigabat, fideles & sedulos donis excitabat. Diocesium suam affectu pastorali visitabat, solus non nunquam per vicos sub mercatorum peregrinorum habitu latens commeabat, ut nihil eorum, quæ ad regimen populi pertinerent, ipsum fugeret. Nihil omisit, quod ad literas colendas, & erudiendam juventutem facere posset. Unde sub Imado Meinverci nepote & Successore Schola Paderbornensis eximie floruit. In ea Studiosi septem liberalibus artibus, Lectioni Poetarum & Historiæ Scriptorum, arti eleganter formandi literas, atque Pictoriæ operam dabant. Namque ex hac schola postmodum Anno Archiepiscopus Coloniensis, Fridericus Mogun-

A.C. 1014.

c. 6. 7. 8.

c. 10.  
n. 72. &c.

n. 78.

Sæculum XI. Moguntinus, Altmannus Passaviensis & A.C. 1016. complures alii prodierunt. S. Meinvercus vero postquam Ecclesiam Paderbornensem annis viginti septem rexisset, Sabbato Pentecostes anno millesimo trigesimo sexto die quinta Junii ad Superos translatus est.

## §. XLII.

*Papa Saracenos depellit.*

*Ditm. lib. 7. p. 96.* Anno 1016. Saraceni Italiæ litora invadentes Lunam civitatem in Tuscia capiunt, Episcopum fugant, atque illa regione potiuntur. Quod cum publica fama ad Benedictum Papam detulisset, missis ad Episcopos & Ecclesiarum Defensores mandatis omnes cum armatis ad se venire præcipit, sperans, adjuvante Deo, Mahometanos non vinci modo, sed etiam deleri posse. Simul maximam quam poterat lemborum multitudinem arcano consilio præmittit, quo fugientibus via maritima occluderetur. Cum nihilominus Rex Saracenorum cognovisset, se in periculo versari, ne libertas fugiendi sibi præriperetur, paucis comitantibus evasit. Ipsi vero milites in unum agmen collecti in Christianos irruunt, & per triduum eos proeliis sternunt. Sed tandem variante fortuna in fugam acti Infideles instantibus Romanis ad unum omnes cæduntur. Nemo inter-

interfeſtorum numerum inire, nemo ſpo-  
 liorum molem ſatis æſtimare potuit. Ca-  
 pta Saracenorum Regina, ut audaciæ pœ-  
 nas daret, capite truncatur. (\*) Papa ve-  
 ro capitis muliebri ornamentum aureum  
 & gemmis diſtinctum ſibi vindicavit, &  
 prædæ partem, quæ mille libris computa-  
 batur, Imperatori tranſmiſit. Spoliis inter  
 victores diviſis, Chriſtiani ad propria te-  
 cta remeantes, Deo gratias læti canebant.  
 At Saracenorum Rex uxoris ſupplicio &  
 exercitus jactura attonitus, miſſo ad  
 Pontificem ſacco caſtaneis referto, ſigni-  
 ficari jubet, ſe proxima æſtate tot nume-  
 ro loricatos in aciem educendum eſſe.  
 Remiſit Pontifex exiguum ſaccum milio  
 plenum, & reſponderi præcepit, redi-  
 ret ad diripiendum ſecundo S. Petri Pa-  
 trimonium, ſi e re ſua facturum ſe crede-  
 ret, ſed ſciret, totidem vel plures arma-  
 tos irrupentem excepturos.

Sub idem tempus Romæ terra in Pa-  
 raſceve ſtatim poſt Adorationem Crucis  
 violento motu concuſſa eſt, cumque qui-  
 dam Judæus de Synagoga Græcorum ad  
 Papam detuliſſet, quod illa ipſa diei ho-  
 ra gentis ſuæ homines Imaginem Cruci-  
 fixi

Sæculum XI.  
 A.C. 1016.

Clivo. Adem.  
 p. 177.

(\*) Ignobilis in feminam captam vindicta!  
 Quamquam enim viri, feminæve, more Amazo-  
 num in acie pugnantes, ſterni poſſint, devictis  
 tamen & captivis parcere glorioſius.

Sæculum XI. A.C. 1016. fixi ludibrio haberent, & Papa missis exploratoribus comperisset, constare de iudicii veritate, illusores ad mortem damnavit, quibus capite (\*) plexis, quievit terra & ventorum furor cessavit.

## §. XLIII.

*Normanni in Italia.*

*Glab. III.* *c. I.* Inter hæc Romam advenit vir nobilis natione Normannus nomine Rudolphus, qui cum Richardum Ducem Normanniæ acriter offensum haberet, relicta patria, omnia sua, quæ loco moveri poterant, avexerat. Ei Pontifex adversæ fortunæ vices sibi narranti bellicæ artis peritissimum cognoscens, exposuit, Occidentis Imperium a Græcis laceffi. Quippe Basilius Imperator missis ad *Catapan* suum, id est, exiguæ regionis in Italia, quæ sibi parebat, præfectum, mandatis, tributa exigere jusserat, atque ille imperata facturum provinciam Beneventanæ partem in suam potestatem redegerat. Ergo querebatur apud Rudolphum Papa, deesse sibi in illa regione virum, qui Græcos depelleret. Condixit operam Normannus, atque Beneventum a Papa missus, Italos ea fortitudine & prudentia

---

(\*) Hic primo clarissimum occurrit exemplum, Summum Pontificem potestate Principis Sæcularis in maleficos usum fuisse.

tia duxit in Græcos, ut in acie semper victores extiterint.

Sæculum XI.  
A.C. 1016.

Non erat ignota in Italia Normannorum fortitudo. Quandoquidem ante annos abhinc sexdecim, nempe circa annum millesimum, Normanni quadraginta a profectioe Jerosolymitana redeuntes Salernum pervenerunt, quam civitatem tunc Saraceni obsidebant. Mirabantur in advenis Itali grandem staturam, corporum robur & arma tractandi peritiam; quare Gaimarus Salerni Princeps arma & equos hospitibus dari iussit, qui delecto opportuno tempore factaque eruptione, obsidentes in fugam egerunt. Princeps Salernitanus collaudatos muneribus cumulare parabat, rogans, ut in sua urbe sedem figerent. At illi, solius Dei & Religionis amore impulsos se pugnasse, responderunt, & rejectis donis in patriam reversi sunt. Princeps vero ne penitus vacuos dimitteret, Legatos addidit abeuntium comites, poma citrina, amygdalas, aliosque, quibus Italia abundat, fructus, tum etiam pannos pretiosos, & auro intexto nitentia equorum strata in Normanniam deferentes, quo illi populi ad petendam Italiam, quæ tales divitias produceret, excitarentur.

*Chron. Cass.  
lib. II. c. 37.*

Itaque fama Rudolphi victorias ubique vulgante innumera Normannorum multitudo cum uxoribus & liberis non

*Glab. ibid.*

*Hist. Eccles. Tom. XIV.*

H

per-

Sæculum XI.  
A.C. 1016. permittente modo, sed etiam urgente Duce Richardo patriæ valedixit. At Rudolphus cum multis præliis adversus Græcos initis victor nihilominus proprias vires accidi cerneret, & Italos bello ineptos sciret, trans alpes ad Imperatorem Henricum venit, suo ore rerum statum Principi expositurus. Henricus, quem jam pridem virum bello celeberrimum videndi desiderium tenebat, venientem humanissime excepit. Posteriora tempora nos docebunt, quanta rerum vicissitudo hunc primum Normannorum in Italiam adventum secuta fuerit.

## §. XLIII.

*Ecclesia Germaniæ.*

*vit. Sæc. 6.*  
*Ben. p. 174.*  
*Boll. 20.*  
*Apr. to. 10.*

Episcopis, quos S. Henricus Imperator in deliciis habuit, merito accensendus est S. Wolbodo Leodiensis, qui in Flandria ex illustri familia natus, & in Capitulo Ultrajectensi educatus, illi Scholæ postea præpositus est. Balderico, qui Notgero successerat, defuncto, Imperator Episcopatum Leodiensem anno millesimo decimo septimo Wolbodoni dedit, qui, deinde a S. Heriberto Coloniensi consecratus, ad eundem Imperatori reconciliandum non parum contulit. Postquam Sedem illam tenuisset annis quatuor, vigesima Aprilis, anno 1021. obdormivit in Domino. Successorem habuit

buit Durandum, nascendi conditione ser- Sæculum XI.  
 vum; quia vero Scientia eximium & A.C. 1016.  
 virtutibus ornatum S. Wolbodo apud  
 Imperatorem laudaverat, ille ad Digni-  
 tatem Episcopalem eVectum Dominorum  
 suorum Pastorem constituit. (\*)

In Saxonia Æidius Episcopus Misnen- Ditm. lib. 7.  
 sis ex Polonia redux in Domino obiit p. 91.  
 Lipsiæ vigesima Decembris anno 1015.  
 Is Capituli Magdeburgensis alumnus nul-  
 la alia re ad recipiendum munus Episco-  
 pale permotus est, quam ut Deo animas  
 lucraretur, & licet genere nobilis, at-  
 que multorum agrorum Dominus opu- Episcopatus  
 lentus, nihilominus paupertatis Evange- Misnensis.  
 licæ illustre exemplum omnibus præbuit.  
 Una veste contentus erat, & nunquam li-  
 nea utebatur, non nunquam frigore us-  
 que adeo rigebat, ut vix post longum  
 tempus in hypocausto calorem recipere  
 posset. Multum jejunabat, & sæpius  
 pedibus quam equo vectus proficisceba-  
 tur. Annona in itinere deficiente, aut

H 2

qua-

(\*) Hodie Ecclesiæ Leodiensi præest Eminen-  
 tissimus noster Ordinarius, electus anno 1744.  
 Episcopus Ratibonensis anno 1719. Frisingensis  
 1727. S. Rom. Eccl. Cardinalis Presbyter creatus  
 a Papa Benedicto XIV. anno 1746. Titulo Eccle-  
 siæ S. Laurentii in pane & perna, cujus census  
 ad exornandam eandem Ecclesiam & facta rectoria  
 conservanda destinavit.

Sæculum XI. quacunq̄ue alia premente calamitate,  
A.C. 1016. Deo Gratias agebat, comitibusque suis  
 præcipiebat, ut Deum laudarent. Ver-  
 bum Dei prædicando, baptizando, Fide-  
 les confirmando, non solum in sua Dice-  
 cesi, sed etiam in aliis desudabat. Præ-  
 terea S. Æidius complures Ecclesias con-  
 fecravit, & sæpe Missam non celebrans,  
 nam raro S. Sacrificium offerebat, raro  
 S. Chrisma conficiebat, & paucos Cleri-  
 cos ordinabat. Continuus fletus S. Vi-  
 ri oculos corrupuerat. Parcissime ci-  
 bum sumens & paupertatis semper aman-  
 tissimus Ecclesiæ suæ prope ducentas Ser-  
 vorum seu Subditorum familias acquisi-  
 vit. Ita viginti tribus annis in Episco-  
 patu vitam laboribus plenam produxit,  
 quæ aliis Episcopis displicebat, sicut &  
 ipsi aliorum mores non probabantur.

Æidio haud diu superstes fuit Mein-  
 galdus Archiepiscopus Trevirensis, quo  
 defuncto Imperator huic Sedi præfecit  
 Popponem, Leopoldi Marchionis filium,  
 Ecclesiæ Bambergensis Præpositum, eum-  
 que ab Archambaldo Archiepiscopo Mo-  
 guntino consecrari voluit, nequicquam  
 reclamante Theodorico Episcopo Meten-  
 si, dicente, sibi, primo Ecclesiæ Trevirensis  
 Suffraganeo, competere, ut Metropoliti-  
 tam suam ordinaret.

Ditmarus Episcopus Merseburgensis,  
 qui hæc facta literis consignavit, elapso  
 exin-

exinde quadriennio, nempe prima De-Sæculum XI.  
 cembris anno millesimo decimo nono, & A.C. 1006.  
 ipse obierat. Is ex primis stirpibus in *vit. per Rein.*  
 Saxonia ortus erat, cujus Majores pater- *& antiqua.*  
 ni maternique exercitibus præfuerant, *p. 120.*  
 atque etiam in toga a tempore Henrici *Ditmarus*  
 Aucupis Cæsaribus maxima præstiterant *Mersebur-*  
 obsequia. Adelheidis Imperatrix, cum *gensis,*  
 Otto III. filius per ætatem populos rege-  
 re non posset, virum fideliozem Sigefri-  
 do, Ditmari parente, non habuerat, quem  
 postea ipsi Ottoni a consiliis esse voluit.  
 Ditmarus ergo a prima ætate Quedlin-  
 burgi apud feminam sibi consanguineam  
 educatus & deinde Magdeburgi inter  
 Monachos alumnus, vitam monasticam  
 amplexus est, quin tamen Dominium  
 complurium latifundiorum abdicaret. (\*)  
 Namque ea conditione Henricus Rex ei  
 Episcopatum Merseburgensem, defuncto  
 Wigberto, anno 1009. contulit, ut bo-  
 nam eorum partem Ecclesiæ suæ donaret.  
 Annos triginta tres natus, quando Eccle-  
 siæ Merseburgensi præfectus est, eamque  
 annis decem & septem mensibus regens,

*Chro. Sax.*  
 1009.  
*Ditm. lib. 6.*  
 p. 69.

H 3 foli-

(\*) Latus disputandi campus; an in sensu pro-  
 prio & stricto fuerit Monachus. Nimirum, an  
 necessarium sit, ut vir Religiosus se Dominio re-  
 rum suarum abdicet, vel potius sufficiat, si se  
 usu arbitrario privet, & juxta exemplum Aposto-  
 lorum omnem ad eas affectum exuat.

Sæculum XI. solícite curavit, ut fundi Ecclesiæ suæ,  
A.C. 1016. tunc cum Otto Imperator eam Sedi Mag-  
 deburgensi jungeret, subtracti restitu-  
 rentur, & novos acquireret. Illa vero  
 re maxime Ditmarus æternam sui me-  
 moriam posteris commendavit, quod  
 scriptam a se Historiam nobis reliquerit.  
 Exordium capit a Regno Henrici Aucu-  
 pis, eamque usque ad annum millesimum  
 decimum octavum perducit, annis ulti-  
 mis diem accurate adnotans. Sui ipsius  
 imaginem nobis depingit magnæ humi-  
 litatis indicis; dicit enim, se exiguum  
 esse corpore, & vultus prope temnendi,  
 ceterosque manes suos ingenuo candore  
 profitetur. In ipso historiæ corpore,  
 præter plurima facta vulgaria, complura  
 etiam maximi momenti, præsertim vi-  
 tam & virtutes Episcoporum sibi coævo-  
 rum refert. Sæpe queritur, quod Opti-  
 mates Ecclesiarum Bona diriperent (com-  
 mune Germaniæ, Franciæ & Italiæ ma-  
 lum) Episcopos invaderent, atque parum  
 auxilii in auctoritate & reverentia Sum-  
 morum Principum superesset.

## §. XLV.

*Ecclesia Poloniæ.*

In fine Historiæ suæ Ditmarus narrat vi-  
 ctorias reportatas de Principe Russo-  
 rum a Boleslao Duce Poloniæ, qui capta  
 Kiovia, quæ Russiæ caput erat, maximam  
 inde

inde auri vim abvexerat. In illa urbe Archiepiscopus sedebat, in eaque plus quam Sæculum XI.  
A.C.1020.  
quadringentæ Ecclesiæ numerabantur. Rufforum victor Boleslaus Ecclesias in Polonia a Miecislao, parente suo, fundatas, agros, integras civitates, vasa aurea & argentea omniaque Divina Officia peragentibus necessaria contulit. Decimas dari iussit, & complures novas parochias instituit.

At decimarum exactio paulo post in Polonia Rem Christianam tantum non evertit. Nam reclamabant Proceres; Christianæ Religionis jugum esse intolerabile. Animus erat, ad Ecclesias se non amplius conferre, sed ejectis Presbyteris & Clericis ad pristinas Superstitiones redire. Boleslaus, ubi conjurationem comperit, auctoribus vinciri iussis, atque non nullis interfectis, malum antevertit.

## §. XLVI.

*Papa in Germania.*

**B**enedictus VIII. Papa secundo in Germaniam profectus, forte auxilia contra Græcos acceleraturus, Bambergæ cum Henrico Imperatore Cœnam Domini & Festum Resurrectionis, quod anno millesimo vigesimo in decimam septimam Aprilis incidebat, celebravit. Dominica sequente Pontifex Ecclesiam S. Stephani consecravit; Imperator vero civitatem

H 4 Bambergæ

*Chron. Sax. vita S. Mein-  
ver. n. 82. vit.  
S. Henri. vit.  
S. Chun. 3.  
Mart. Boll.  
to. 6. p. 272.*

Sæculum XI. Bambergensem Ecclesiæ Romanæ donavit, constituitque, ut in censum annuum equus candidus, cum instructu magnifico, & centum marcæ argenti, (\*) Romam mitterentur.

Conjectura est, Henricum Imperatorem illo tempore, quo Papa apud ipsum commorabatur, confirmasse Acta, quibus Antecessores sui Ecclesiæ Romanæ, Urbem, Exarchatum Ravennatensem, totque alias in Italia Ditiones donaverunt. Decretum Donationis Henricianæ descriptum videtur ex Decreto Ottonis I. atque ex eo, sicut ex præcedentibus Actis, supremæ potestatis jura Imperatori reservata dispiciuntur. Decreto Henrici II. subscripserunt, ipse Henricus Imperator, tum Episcopi duodecim, omnes Germani, quorum præcipui erant, Archambaldus Moguntinus, Heribertus Colonien- sis, Poppo Trevirensis, Theodoricus Mentensis, & Eberhardus Bambergensis. Apposita etiam sunt nomina trium Abbatum &

(\*) In Eminentissimo Cardinali hic additum legimus: *Postmodum Leo IX. Papa, Vicarius gratia, loco scilicet ipsius, Beneventum ab Henrico Conradi filio accipiens, prædictum Bambergense Episcopium sub ejus ditione remisit, & quo tantum, quem prædicimus, sibi servato. Hæc Leo Ostiensis. Hodie, nec equi ulla memoria.*

& quorundam Optimatum. Ceterum Sæculum XI.  
A.C. 1020.  
Papa donis cumulatus Romam rever-  
sus est.

## §. XLVII.

*Concilium Ticinense.*

Præterea conjicere licet petiisse Papam, tom. 9. Conc.  
p. 819.  
cum in Germania versaretur, ut Im-  
perator confirmaret Concilium, Ticini  
habitum prima die Augusti, cui Ponti-  
fex præfuerat. Actis hujus Concilii, quæ  
nobis supersunt, præmittitur prolixus  
Summi Pontificis sermo, in quo queritur,  
quod pravi Clericorum mores Ecclesiam  
commaculent, ipsi amplissima ejus pa-  
trimonia, a munificentia Principum ac-  
cepta, pessumdent, publice mulieres  
alant, & Bona Ecclesiæ infames patres  
infamibus filiis conferant. Postea osten-  
dit Clericos ad servandam continentiam  
teneri ex Canone Concilii Niceni, quo  
statuitur, nec licere quidem Clericis in  
una domo cum mulieribus habitare;  
Item ex Decretalibus S. Siricii & S. Leo-  
nis, quorum primus carnale connubium  
etiam Subdiaconis interdicit. Posita ita Sup. lib.  
XVIII. §.  
35. l. XXV.  
§. 53.  
que Regula Generali; Clericorum filios  
post susceptos Ordines natos, esse ille-  
gitimos, de illis differit, quos Clericus,  
natus Ecclesiæ Servus, ex commercio  
cum femina libera habuisset. Dicebant  
enim non nulli, hos filios liberos esse  
H s                      natos,

Sæculum XI. natos, secundum vulgarem Juris Regu-  
A.C. 1020. lam, quod extra matrimonium partus  
 sequatur ventrem, id est, conditionem  
 matris. Sed affirmat Papa, hanc Regu-  
 lam solummodo in filiis Laicorum lo-  
 cum habere; primo, quia Laicis, qui hanc  
 legem condiderunt, nulla potestas est de  
 Juribus Ecclesiasticis quidquam decer-  
 nendi, & secundo, quia Laici, hanc Le-  
 gem scribentes, filios Clericos in ea in-  
 cludere non poterant, cum de Jure Cle-  
 ricorum filii nulli dentur. Clericis in-  
 continentibus illa S. Pauli verba objicien-  
 tibus: *Propter fornicationem autem unus-*  
*quisque suam uxorem habeat*, Papa respon-  
 det, hic Apostolum loqui de solis Laicis,  
 eosque Hæresim Joviniani docere, qui  
 dicerent, hunc S. Pauli locum de omni-  
 bus hominibus esse accipiendum. (\*)  
 Tum

(\*) En hic, verba S. Scripturæ a Protestantibus non intellecta, a Summo Pontifice Benedicto VIII. explicata, & ita quidem (si modo loquendi Protestantis, qui Fleurium Nostrum in vernaculam vertere cœpit, & modo dormit, utar) daß das ganze Lutherthum noch bis auf diese Stunde nichts, welches nur erträglich wäre, hat entgegen setzen können, und folglich der vorgegebene Schandsteck, den der heilige Paulus vorhinein dem ganzen geistlichen Stande der Catholicken soll angehenket haben, nichts als ein verleumderisches Geschwätz dieses Uebersetzers ist.

Tum citabat aliquam Justiniani legem, qua statuebatur, concurrentibus certis adjunctis Servorum filios nasci servos, etiamsi ex libera geniti essent. Tandem Benedictus acriter reprehendit Judices, qui in hac materia secundum præjudicium vulgare decernebant.

Præfationem sequitur Decretum S. Pontificis in septem Articulos divisum. Nullus Presbyter, nullus Diaconus, nullus in Clero uxorem aut concubinam admittat. Unde Pontifex nec minores Clericos ab hac lege excipere videtur. Filii & filia Clericorum servi sint Ecclesiæ, cui parentes serviunt, etiamsi ex matribus liberis geniti. Quicumque Judex ejusmodi prolem liberam pronunciaverit, anathema sit! Nulli Servorum Ecclesiæ liceat comparare aut ullo modo aliqua acquirere per manus aut nomen alicujus liberi hominis. Quod qui fecerit cædatur & in carcere custodiatur, donec contractus & Acta Ecclesiæ tradita fuerint. Ille autem homo liber, qui suum nomen scribi passus fuerit, pignora Ecclesiæ dabit, secus tanquam Sacrilegii reus habeatur & puniatur. Judex autem aut Notarius, qui Contractum literis mandaverit, anathemate feriatur. Huic decreto subscripserunt Episcopi septem, quorum primi sunt ipse Papa Benedictus, Aribertus Archiepiscopus Mediola-

Sæculum XI.  
A.C. 1020.

c. 1. 2.

c. 3. 4. 5.

c. 6.

c. 7.

Sæculum XI. diolanensis, & Raynaldus Episcopus Ti-  
 A.C. 1021. cinensis.

n. 4.

Henricus Imperator a Papa rogatus hoc Decretum confirmavit, prout necessitas postulabat, quia circa res Sæculares aliqua statuebantur, ediditque Constitutionem septem Articulos complexam, Decreto Papali consentaneam. Nimirum, Judices, qui Clericorum filios liberos pronunciaverint, Bonis suis exuantur & in exilium ejiciantur. Matres quoque, prius in foro virgis castigatae, proferbantur, ut grandis mali tollatur occasio. Tandem in singulis Articulis poenæ Spirituales temporalibus junguntur.

§. XLVIII.

*Imperator cum S. Heriberto reconciliatus.*

**H**enricus Imperator jam dudum sub-  
 irascebatur Heriberto Archiepiscopo  
 Colonienſi, qui curando funeri Ottonis  
 Imperatoris intentus, Electioni ipsius  
 non interfuerat, & etiam Imperialia In-  
 signia tarde attulerat. Nec deerant in-  
 vidi susurriones, Imperatori suggerentes,  
 Archiepiscopum Dignitatem Cæsaream  
 alii quam Henrico destinasse. Porro  
 cum anno millesimo vigesimo primo in-  
 eunte Ottonem Comitem in munitissima  
 arce Hamersteinensi prope Confluentiam

*vit. S. Herib.  
 16. Mart. c.  
 4. n. 23. Boll.  
 to. 7. Vit. S.  
 Meinver. n.  
 83. Boll. to.  
 19. p. 593.*

tiam receptum Henricus Imperator ob-  
sideret, quod Ecclesiæ Moguntinæ agros  
vastasset (nam Archiepiscopus Mogun-  
tinus Ottonem ob conjugium contra le-  
ges initum in sua Synodo excommunica-  
verat) missis nunciis Archiepiscopum Co-  
loniensem ad se venire cum milite præ-  
cepit. At vero Heribertus fontico mor-  
bo laborans obedire non potuit, credi-  
ditque Imperator valetudinem simulari.  
Hinc ira concitator, *si ægrotat*, inquit,  
*æquum est, ut languentem invisam.* Nec  
mora, Ottone comite ad officium com-  
pulsio, Coloniam cum exercitu conten-  
dit, Archiepiscopi inimicis Cæsarem  
sponte sua commotum acrius accenden-  
tibus.

Imperatori Coloniam intranti occur-  
rit Archiepiscopus Principem suum offi-  
ciosissime excipiens. At prima nocte  
cum se Henricus sopori dedisset, videt  
in somnis virum maxime venerabilem,  
Pontificali veste ornatum, alloquentem  
se in hunc modum: *Cave, Imperator, ne  
postbac pecces in Fratrem meum Heriber-  
tum. Scito, eum esse virum Deo acceptum,  
in quem si quid admisseris, graves haud du-  
bie pœnas dabis.* Cum igitur illuxisset,  
Imperator mente mutatus Virum Dei  
advocat, qui accessit lacrymans, & ex-  
cusans, quod Imperatorem offensum ha-  
beret inscius, quid deliquisset. Sed Im-  
perator

Sæculum XI.

A.C. 1021.

Sæculum XI. perator de throno surgens in amplexum  
 A.C. 1021. venientis ruit, atque ut attonitum con-  
 firmaret, ait: *Fateor, Pater mi, fateor;*  
*ex quo ad Regni fastigium Deo auxiliante*  
*conscendi, detrabentium linguis nimium*  
*credulus te exosum habui. Sed te tacente*  
*Cælum clamat, meque docet, quod numero*  
*Electorum adscriptus sis.* His dictis se-  
 mel iterum ac tertio Sanctum Pontificem  
 deosculatus, penes se considerare jubet.  
 Nocte autem sequenti finitis Matutinis,  
 assumpto uno ex Clericis cubiculum S.  
 Pontificis adit, cumque eum ibi non ha-  
 buisset, nam in proximo S. Joannis Sa-  
 cello, ut solebat, orans vigilabat, Hen-  
 ricus abjecta Chlamyde, humi prostra-  
 tus, ante pedes ejus, rogat, ut ea pote-  
 state, quam Sacerdotibus suis Dominus  
 contulit, veniam sibi daret cunctorum,  
 quæ in ipsum admiserat. Nec moratus  
 Archiepiscopus jacentem erigit, & a pec-  
 catis absolvit. Tum secreto ad Princi-  
 pem S. Heribertus: *Noveris certissime,*  
*quod post discessum tuum nostros invicem*  
*vultus in hoc mundo non amplius sinus*  
*visuri.* Ad hæc verba commotus Im-  
 perator iterum in amplexus & in oscula  
 ruit & manus oculosque pariter flentis  
 premit. S. Meinvercus Episcopus Pa-  
 derbornensis, tunc Coloniae cum Impe-  
 ratore commorans, cum S. Archiepiscopo  
 reconciliatus est, & hortatus Principem,  
 ut

ut aliqua eleemosyna pro injuria Archi-  
 episcopo illata satisfaceret; quare Impe-  
 rator fundum unum novo Monasterio  
 Paderbornensi in Westphalia donavit.  
 Obit, ut ominatus fuerat, S. Heriber-  
 tus eodem anno millesimo vigesimo pri-  
 mo, adfuitque morienti Elias S. Martini  
 Coloniae Abbas, natione Scotus, & ipse  
 Sanctis adscriptus. S. Heribertus in Mo-  
 nasterio Duiziacensi, a se fundato, sepul-  
 tus est, ejusque memoriam Ecclesia die  
 qua obiit colit. Sedem Coloniensem ob-  
 tinuerat annis viginti duobus; successit  
 vero Pilegrimus Imperatoris Capellanus,  
 qui annis quindecim sedit.

Sæculum XI.  
 A.C.1022.

Elog. Sæc.6.  
 Ben. p. 468.

Martyr. Ro.  
 16. Mart.

§. XLIX.

*Imperator in Italia Victor.*

Pilegrimus anno sequenti millesimo vi-  
 gesimo secundo Henricum Imperato-  
 rem in Italiam proficiscentem secutus est.  
 Quippe Henricus Normannis, Italis, &  
 Papa, instantissime rogantibus iter susce-  
 pit in Italiam, Græcos, Urbi imminen-  
 tes, depulsurus. In littore maris Adria-  
 tici ducens exercitum pæne innume-  
 rabilem, præmisit Popponem Archi-  
 episcopum Trevirensis cum unde-  
 cim millibus per regionem Marforum  
 iter facturum, & Romam cum vigin-  
 ti millibus Pilegrimum Archiepisco-  
 pum

Chron. Sax.  
 Chron. Cass.  
 lib. 11. c. 39.

Sæculam XI. pum (\*) Coloniensem, qui Principem Capuanum, & Abbatem Cassinensem, Græcorum Socios occuparet. Abbas, cui nomen Atenulphus, fuga se proripuit, atque navem Hydrunti conscendit, Constantinopolim petiturus; sed naufragio periit. Ipsi frater Princeps Capuanus se dedit Pilegrimo Archiepiscopo, qui captivo vitam ægre servavit, quam fide jurata promiserat, nam Proceres lata sententia Imperatori rebellem capitis damnauerant.

Illa tempestate, qua Atenulphus Abbas Monasterium Cassinense regebat, quidam Monachi, a peregrinatione Ierosolymitana reversi, modicam partem lintei, quo Christus Dominus pedes Apostolorum suorum absterfit, attulerunt. Cumque complures fidem adhibere nolent ipsorum verbis, qui attulerant, super ignitos carbones thuribuli laciniam imponunt, quæ quidem statim ignis colorem suscepit, sed subtractis deinde carbonibus speciem pristinam retinuit. Ergo pretiosæ thecæ inclusa singulis jannis in Cœna Domini, cum Mandatum Domini impleretur, omnium oculis exhibebatur. Hæc probatio Reliquiarum  
per

---

(\*) Hodie Archiepiscopi & Episcopi S. R. Imp. Principes Imperatori bellum gerenti militem mittunt; at ipsi ad castra non proficiscuntur.

per ignem notatu digna est, invenimus- Sæculum XI.  
 que aliud ejusdem ætatis exemplum in A. C. 1022.  
 vita S. Meinverci; Qui postquam a Pa-  
 triarcha Aquilejensi cujusdam S. Felicis vit. S. Mein-  
 Corpus accepisset, in Monasterio prope verc. n. 3.  
 Paderbornam a se fundato collocandum, Boll. to. 19.  
 altissimum rogam in medio claustrum ex- p. 549.  
 strui & corpus imponi jussit, tum subje-  
 cto ter igne ligna toties in favillas redacta  
 sunt, & ter Corpus illæsum permansit.

Henricum Imperatorem capto Bene-  
 vento, ceterisque civitatibus omnibus, Glab. l. III.  
 quas sibi Græci eripuerant, diu morata c. 1.  
 est Troja, (\*) oppidum Apuliæ, quod  
 auxilium sibi a Basilio Imperatore ven-  
 turum sperabat. Postquam vero cives  
 Trojani obsidionem tribus mensibus su-  
 stinuisserunt, urbem dedere constituerunt.  
 Ergo advocatum quemdam Anachore-  
 tam, nam plurimi in Italia degebant,  
 crucem accipere eamque cunctis infan-  
 tibus ex urbe emissis atque ad castra pro-  
 cedentibus præferre jubent. Clamabant  
 vero simul omnes *Kyrie eleison*. Cum  
 usque ad tabernaculum Imperatoris per-  
 venissent, quæsit ille a suis, quid cla-  
 moris audiret? & respondentibus, qui  
 proximi adstabant, exivisse obsessorum  
 civium

(\*) Hujus oppidi vocabulum hodie apud Geo-  
 graphos non occurrit.

Sæculum XI. civium parvulos, ejulantes, & orantes,  
 A.C. 1022. ut urbi eorum parceretur, Henricus:

*Qui omnium corda scrutatur Deus novit,  
 non me sed eorum Patres hos parvulos per-  
 ditos voluisse.* Tunc illacrymatus pue-  
 ros incolumes reduci jussit. Altera luce  
 iterum emissi redeunt ad castra infantes  
 puerili vociferatione eadem precantes.  
 Quibus conspectis Imperator illud Do-  
 mini nostri protulit: *misereor surper tur-  
 bam,* & urbem pactis conditionibus rece-  
 pit; quippe minatus fuerat, se captum  
 oppidum flammis, & puberes omnes la-  
 queo deleturum.

§. L.

*Imperator in monte Cassinensi.*

*Chron. Cass.* **H**enricus rebus in Apulia compositis ad  
 montem Cassinum cum Benedicto  
*c. 42.* Papa divertens, monachis per electionem  
*Mabil. Sæc.* novum Abbatem secundum præscriptum  
*6. p. 101.* Regulæ Atenulpho subrogantibus adfuit.  
 Non nullis Fratribus Joanni Abbati, qui  
 munus abdicaverat anno nongentesimo  
 nonagesimo septimo, in hoc conventu  
 præsentis, suffragantibus, sanior pars exi-  
 stimavit, virum per decrepitam ætatem  
 huic officio satisfacere nullatenus posse,  
 omnesque tandem consenserunt, eligen-  
 dum esse Theobaldum ad S. Liberatorem  
 Præpositum, qui Benedictionem Abba-  
 tialem in Festo S. Petri vigesima nona Ju-  
 nii recepit. Theo-

Theobaldus e monasterio exiit cum pluribus aliis, Mansone Abbate regimenterente, & Jerosolymam peregrinatus est. Redux a Joanne II. Abbate Præpositus montis Cassini, & post aliquot annos S. Liberatoris in Comitatu Theatino seu *Cbieti*, patria sua, constituitur. Annis quindecim, quibus istud Monasterium gubernavit, Ecclesiam, aliaque ædificia magnifice reparavit, complures fundos acquisivit; sed nec minori cura per annos tredecim Abbas montis Cassini rem familiarem auxit.

Henricus Imperator in illo monasterio versatus morbo colico & tribus exiguis renum calculis liberatus, beneficium adscripsit precibus S. Benedicti, (\*)

I 2 quem

(\*) Cardinalis Baronius ex Leone Ostiensi: *Sæpe tamen scrupulo non parvo movebatur, an Pater Benedictus corporaliter in hoc loco quiesceret; cum igitur præ dolore nec plene vigilans, nec integre dormiens quemdam pateretur excessum, apparuit ei Beatus Benedictus, atque ad eum quasi visitaturus accedens, ubi pateretur, quæsit. Cui languorem protinus confitenti, scio, inquit, Benedictus, te an hic quiescam hætenus dubitare, sed ut nullo ejusmodi scrupulo ultra movearis, meumque corpusculum hoc in loco quiescere, certius noveris, hoc tibi signum erit: cum primo mane surrexeris, in egestione urinae tuæ tres simul emittes grandiusculos lapides*

Sæculum XI.  
A.C. 1022.

Sup. lib.  
LVII. §. 39.

c. 43.

Sæculum XI. quem in somnis conspicuum habuerat,  
 A.C. 1022. sibi vaticinantem, quod sanitati esset  
 restituendus, tum etiam affirmantem  
 quod ipsius Reliquiæ in monte Cassino  
 quiescerent. Nempe Imperator cum  
 ceteris hominum hucusque crediderat,  
 mortales S. Benedicti exuvias in Francia  
 Floriaci ad Ligerim existere, quo an-  
 no sexcentesimo quinquagesimo tertio  
 translatae fuissent. Itaque in grati ani-  
 mi pignora Henricus Imperator Ecclesiæ  
 Montis Cassinensis dona pretiosa obtu-  
 lit, librum Evangelii auro tectum, cali-  
 cem aureum, cui gemmæ insertæ, & mul-  
 tas vestes auro turgidas. Privilegia quo-  
 que & Donationes huic monasterio fa-  
 ventes confirmavit. Præterea Papa &  
 Archiepiscopus Colonienſis, ut pro re-  
 recuperata sanitate Cæsaris Deo gratias  
 agerent, congrua dona obtulerunt. Ex-  
 inde

*Sup. lib.*  
*XXXVIII*  
*ſ. 60.*

*pides, & ex tunc dolore isto nunquam ultra  
 detineberis. Ego autem sum Frater Benedictus.  
 His dictis evanuit.*

At Pater Antonius Pagius ad hunc annum  
 dicit: *Corpus autem S. Benedicti existere in  
 Monasterio Floriacensi in Gallia, illuc e Mo-  
 nasterio Cassinensi translatum, Benedictini Gallie  
 solide probarunt, & conficta esse, quæ Baronius  
 ex Leone Ostiensi narrat . . . . Leoni itaque  
 Ostiensi Episcopo & Monacho Cassinensi hac in  
 re fides non adhibenda.*

inde Imperator, cum persuasissimum sibi haberet Reliquias S. Benedicti in monte Cassino servari, historiam illam, quae translatae in Franciam dicebantur, ubicunque eam deprehendere potuit, cremari iussit. Quo non obstante Franci & plerique aliarum nationum viri docti hujus Translationis veritatem propugnant, & Festum proprium undecima Julii celebrant. Soli ferme Itali ex argumento hujus Revelationis aliarumque similium contendunt, S. Benedicti Corpus nunquam Cassino ablatum, aut iterum eo revectum fuisse.

Saeculum XI.  
A. C. 1022.  
c. 44.  
vit. Mabill.  
Dissert.  
Sæc. 2. Act.  
SS. Ben. p.  
337.

§. LI.

*Concilium Selingestadiense.\**

Grassante in exercitu contagione Imperator, maxima qua poterat celeritate, alpes repetiit, atque in Germania Concilium Selingestadii prope Moguntiam undecima Augusti eodem anno 1022. Indictione quinta celebravit. Aribo hujus Concilii Præses nuper Erkemboldo seu Archambaldo successerat in Sede Moguntina, quam annis ferme decem tenuit. Aderantque præterea in ista Synodo Episcopi quinque, Wormatiensis, Argentoratensis, Augustanus, Bambergensis, & Herbipolensis, Ecclesiæ Moguntinæ Suffraganei.

\* in Actis  
Salegun-  
stadiense.  
Chron. Sax.  
tom. 9. Conc.  
p. 844.  
Serrav. Mo-  
p. 729.

- Sæculum XI. In hoc Concilio viginti Canones con-  
 A.C. 1022. diti. Omnes Christiani quatuordecim  
 dies ante Festivitatem S. Joannis Bapti-  
 stæ, ante Nativitatem Domini, in Vigilia  
 Epiphaniæ (hic plura alia jejunia infe-  
 runtur) a carne & sanguine abstineant.
- c. 1.
  - c. 5. Unusquisque Presbyter in die non am-  
 plius quam tres Missas celebrare præsu-  
 mat. Nemo Corporale Dominico Cor-  
 pore consecratum ad extinguendum in-  
 cendium temeraria præsumptione in-  
 ignem projiciat. Nemo gladium in Ec-  
 clesia portet, solo Rege excepto. Ne-  
 mo superstitionis aut Divinationis causa  
 Missas de Trinitate aut S. Michaelis ha-  
 beri petat. Satutum etiam, ut ædificia  
 Laicorum, quæ Ecclesiis jüncta sunt, au-  
 ferantur, & nemo in atriis habitet, nisi  
 Presbyteri. Si quis jejunium ab Episco-  
 po indictum non servet, illa die unum  
 pauperem reficiat. Decretum est etiam  
 in eodem Concilio, ne pœnitens tem-  
 pore luctus sui de loco in locum migret,  
 sed maneat in loco, in quo eam recepit,  
 ut proprius ejus Sacerdos de sinceritate  
 pœnitentiæ testis esse possit. Nullus  
 Presbyter pœnitentis jejunium\* dividere  
 præsumat. Nullus sine jussu Episcopi  
 eum iterum in Ecclesiam introducere  
 audeat. Quia multi gravissimorum cri-  
 minum rei pœnitentiam a Sacerdotibus  
 suis accipere volebant, & Romam ibant,

\* Carrinam  
 vel Care-  
 nam.

con-

confissi, Papam sibi omnia peccata dimissurum, Sancto Concilio visum est, talem Indulgentiam pœnitentibus non prodesse, sed decretum, ut prius juxta modum delicti pœnitentiam sibi datam a suis Sacerdotibus impleant, & tunc Romam ire si velint ab Episcopo proprio literas ad Apostolicum \* accipiant. Generatim decrevit quoque S. Synodus, ut nullus Romam eat nisi cum licentia sui Episcopi, vel ejus Vicarii. Deinde occurrit Appendix seu modus quodcumque Concilium celebrandi. Ex his dispicimus, Papam in eo, quod pertinet ad pœnitentiam administrandam, tanquam Episcopum alienum (\*) fuisse habitum, sicut

Sæculum XI.  
A.C. 1022.

\* Papam.  
c. 16.

Sup. lib.  
XLVI. §.  
55. tom. 7.  
Conc. pag.  
1522.

I 4

etiam

(\*) Nimius est hic Fleurius. Non enim ideo Papa, ut Episcopus alienus habetur, etiamsi quis affirmet, melius saluti animarum, ut plurimum consuli, si pœnitentes a propriis Sacerdotibus, in sua Diœcesi, pœnitentium vitam, mores, adjuncta, vires, sinceritatem doloris facilius cognoscentibus pœnitentiam accipiant, impleant, & absolvantur.

Ceterum Benedictus XIV. Pontifex Maximus Cap. XIV. Lib. XI. de Synod. Diœces. loquitur in hunc modum: „Joannes Launojus in Libro qui „inscribitur: Explicata Ecclesiæ traditio circa „Canonem, *Omnes utriusque Sexus*, prolixè „hoc argumentum versans pluribus probat, *pro-* „*prii Sacerdotis nomine* Parochum designari. „Verum

Sæculum XI. etiam in Capitulari Heitonis, Episcopi Ba-  
 A.C. 1022. fileensis, annis abhinc ducentis edito.

## §. LII.

*Burchardus Wormatiensis, ejusque  
 Decretum.*

*vit. Burcha.* Burchardi Episcopi Wormatiensis, Con-  
*cum Decret.* cilio præsentis, industriæ debemus  
*edit. Colon.* hæc Decreta, quæ suæ Collectioni Cano-  
*Vit. Olberti.* num subjunxit. In eo opere concinnan-  
*n. 3. Sæc. 6.* do, quo nomen suum celebravit, Bur-  
*Ben. p. 600.* chardus adjuutores habuit Walterium  
 Episcopum Spirenses, Brunechonem  
 Præpositum Ecclesiæ suæ Wormatiensis,  
 & præcipue Olbertum, monachum Lo-  
 biiensem, postea Abbatem Gemblacen-  
 sem. Cum enim Burchardus adhuc ju-  
 venis magno discendi ardore flagrans,  
 Baldericum, Episcopum Leodiensem,  
 quocum ei in Regia usus amicitiae ma-  
 gnus fuerat, rogasset, ut sibi virum do-  
 ctum mitteret, qui sibi Sacras literas ex-  
 plicaret, ille ad id muneris magis ido-  
 neum neminem esse censuit, quam Ol-  
 bertum

„Verum quamquam nemo id audeat inficiari, ne-  
 „mo tamen, salva fide, negare potest, etiam  
 „Summum Pontificem in tota Ecclesia, & Episco-  
 „pum in commissa sibi Diœcesi proprium esse  
 „Sacerdotem, qui Fidelium confessiones excipe-  
 „re ac facultatem illas excipiendi alteri delegare  
 „valeat &c.

bertum Monachum, qui primo sub He-  
 rigero Abbate Lobienſi, deinde in Mo-  
 naſterio S. Germani Pariſiis, tum Trecis,  
 & tandem Carnuti ſub Fulberto Epiſco-  
 po S. Scripturæ operam dederat. Ol-  
 bertus Abbatis Dignitate fulgens, Gem-  
 blaci plus quam centum volumina Scri-  
 ptorum Eccleſiaſticorum, & quinquaginta  
 Profanorum collegit; qui librorum  
 numerus illo ævo Bibliotheca locupletif-  
 ſima cenſebatur. Burchardus vero Ol-  
 berto Magiſtro ita profecit, ut illa ætate  
 Præſulum omnium doctiſſimus extiterit,  
 atque Olberto opem conferente Cano-  
 num Collectionem, de qua diximus,  
 compoſuerit.

Inſtituti ſui rationem ipſe Burchar-  
 dus explicat in Præfatione, Eccleſiæ ſuæ  
 Præpoſito inſcripta. Nempe Presbyte-  
 ros, cura animarum oneratos, neceſſaria  
 ſcientia inſtruere, & præcipue antiquos  
 Canones de injungendis pœnitentiis ma-  
 ximam partem oblivioni traditos vel ne-  
 glectos reducere intendebat. Opus in  
 libros viginti quatuor dividitur, atque  
 exordium capit a diſſertatione de Aucto-  
 ritate Pontificis, de Ordinatione Epiſco-  
 porum, de eorum officiis, & modo quo  
 judicandi ſint. Tum agit de reliquis  
 Clericis, de Eccleſiis, de Bonis earum  
 tempóralibus, & tandem de Sacramen-  
 tis. In libro ſexto de criminibus & pœ-

Sæculum XI.  
 A.C. 1022.

Lib. I.

2. 3. 6. 7.  
 &c.

**Sæculum XI.** nitentiis tractare incipit, in qua materia  
**A.C. 1022.** Operis pars maxima versatur. Accu-  
 rate & prolixè explicat modum impo-  
 nendi, & implendi pœnitentias; sed et-  
 iam exponit remedia, quibus redimun-  
 tur, ne pusillos animo, si eas peragere  
 nequirent, de desperationem conjiciat.

Ut res in exemplis clarescat; qui je-  
**Lib. 19.** junare non potest, pro jejunio unius diei  
 in pane & aqua, in Ecclesia positus geni-  
 bus quinquaginta Psalmos cantet, & illa

**Pœnitendi** die unum pauperem pascat, quod si fa-  
**modus.** ciat, liceat pœnitenti cibos quos volue-  
**c. 12.** rit comedere, exceptis nihilominus vi-  
 no, carnibus, & adipe. Centum genu-  
 flexiones pro quinquaginta Psalmis reci-

**c. 14.** tandis reputantur. Et divites hanc pœ-  
 nitentiam data pecunia redimere pos-  
 sunt. At bene notandum, illis tantum

**c. 15.** licuisse pœnitentiam redimere, quibus  
**22.** eam ad literam implere erat impossibile,  
 nec ipsam impossibilitatem suffecisse ad  
 dispensandum ab omni pœnitentia, sed  
 solummodo ad eam commutandam, ut  
 peccator de se ipso, quocumque posset  
 modo, pœnam sumeret.

Burchardi collectio, sicut & aliæ il-  
 lius ætatis, repleta est falsis Decretali-  
 bus, quarum auctoritas usu magis ma-  
 gisque firmabatur. Nec Articuli, qui-  
 bus hæc Collectio constat, ex libris au-  
 tographis excerpti sunt, sed ex collectio-  
 nibus

nibus antiquioribus, præprimis ex colle-  
 ctione Reginonis, cujus errata non nun-  
 quam descripsit, & addidit nova. Cete-  
 rum Burchardus pro ratione sui ævi  
 omnia boni Pastoris munera implebat.

Sæculum XI.  
 A.C.1022.

*Bolz. præf.  
 in Regin. n.*

12.

Cum enim suscepto Episcopatu invenis-  
 set civitatem Wormatiensem propemo-  
 dum desertam, & factam latronum fera-  
 rarumque receptaculum, muros extru-  
 xit, cives in agros dilapsos revocavit, ur-  
 bemque intra quinque annorum spatium  
 reparavit, nequicquam obistente Duce  
 Ottone, qui Arcem in civitate tenens,  
 in ea latrones & grassatores latitare per-  
 mittebat. Exinde vero, Henrico Rege  
 jubente, alio in vicem accepto prædio,  
 Arcem Episcopo dedit, qui ea dejecta  
 lapides ad condendum monasterium Ca-  
 nonicorum adhibuit. Præterea Burchar-  
 dus domum sibi in silva duobus Wor-  
 matia milliariis distita ædificavit, quo ne-  
 gotiorum tumultu fatigatus quandoque  
 secederet, ubi etiam suam Canonum  
 Collectionem concinnavit. Constitu-  
 tiones dedit familiæ S. Petri, id est, co-  
 lonis agrorum Ecclesiæ suæ Cathedralis,  
 secundum quas eorum causæ tam civiles  
 quam eriminales judicarentur. Complu-  
 ra fundavit monasteria, atque ipso Au-  
 ctore multi viri in Sæculo illustres relicto  
 mundo Institutum monasticum amplexi  
 sunt. Verum cernens deinde, plurimos  
 illo

*in edit. Co-  
 lon.*

Sæculum XI. illo ardore ultra prudentiæ regulas cor-  
A.C. 1022. ripi, quadam die convocatis omnium  
 Congregationum Fratribus, exposuit ne-  
 cessitatem, qua quisque teneretur voca-  
 tionem suam sive Monachi, sive Canoni-  
 ci, sive Laici sequi, atque in illa condi-  
 tione, quam semel elegisset, perseve-  
 rare.

Burchardus Episcopus raro aliis cibis,  
 quam pane, leguminibus, & arborum fru-  
 ctibus refici solebat, nec alio potu quam  
 frigida. Sæpe bonam noctis partem pau-  
 peres in cunctis civitatis regionibus in-  
 visendo & eleemosynas largissime distri-  
 buendo transigebat. Singulis diebus,  
 priusquam illucesceret, se se cellulæ in-  
 cludebat ad orandum usque ad primam,  
 & quotidie Missam pro vivis & defun-  
 ctis celebrabat. Non plus annis quatuor  
 post Concilium Selingestadiense Super-  
 stes, cum supremum tempus imminere  
 intelligeret, omnibus a se excommuni-  
 catis absolutionem impertitus, balneo  
 corpus lavit, barbam & coronam capitis  
 sibi radi jussit, & optimis vestibus indu-  
 tus est. Tum, Vasallis suis familiaribus, ce-  
 terisque forte præsentibus ad se ingredi  
 jussis, gravi oratione quam vanæ & ca-  
 duæ essent hujus mundi opes, adducto  
 propriæ vitæ suæ exemplo, iisdem ob  
 oculos posuit. Obiit autem anno 1026.  
 & tota domo Episcopali excussa nihil pe-  
 cuniæ

cuniæ inventum, nisi tres denarii in chi-  
rotheca; at in quadam arcula cilicium  
asperrimum, & vinculum ferreum, illa  
qua carnem contingebat parte, usu attri-  
tum, repertum.

## §. LIII.

*Manichæi in Francia.*

Sub idem tempus, quo Concilium Se-  
lingestadiense celebratur, in Francia  
Hæresis periculosa prodita est, & in Con-  
cilio Aurelianensi eodem anno millesimo  
vigesimo secundo damnata. Aliquis ex  
Optimatibus Normannorum, nomine  
Arefastus, vir probus, consilio acer, &  
facundus, qui ob has ipsas dotes sæpe  
Legatus ad res gerendas tum ad Regem  
Franciæ, tum ad alios Principes missus  
fuerat, in domo sua alebat Clericum no-  
mine Heribertum. Is studiorum causa  
Aurelianum profectus Magistris usus est  
duobus Clericis Stephano & Lisoyo, qui  
ingenti opinione Doctrinæ & Sanctitatis  
conspicui magnas largiebantur eleemo-  
synas. In Regia quoque summo in pretio  
habebantur, viros amabat Robertus Rex,  
quin Stephanus (\*) Constantiæ Reginæ  
a Confessionibus, & Scholæ S. Petri Puel-  
lier vulgo dictæ. Lisoyus Canonicus  
erat

(\*) De hoc Stephano in Cardinali Baronio  
nulla mentio.

Sæculum XI.  
A.C. 1022

to. 2. Spicil.  
p. 670.

tom. 9. Conc.  
p. 838.  
Labbe Merl.  
cur. p. 562.  
Ademar.  
Chr. p. 180.

Sæculum XI. erat ad S. Crucem, Ecclesiam Cathedralem. Porro venenum Hæresis hauserant a quadam femina, ex Italia advena, quod in rei summa a peste Manichæa non differebat.

Gl. l. III.  
c. 8.

Somnia & deliria esse, ajebant, quæcunque in veteri novoque Testamento de Trinitate & Creatione Mundi leguntur; quippe Cœlum & terram, qualem oculis nostris videmus, sine Auctore, sine initio semper extitisse. Negabant, Jesum Christum natum esse ex Maria Virgine, pro hominibus passum fuisse, vere in sepulchro fuisse positum, aut vere resurrexisse. Dicebant præterea, per Baptismum peccata non deleri, Corpus & Sanguinem Jesu Christi per consecrationem Presbyteri non fieri, nihil prodesse hominibus, Sanctos sive Martyres, sive Confessores invocare, tandem opera pietatis, irritum esse laborem, (\*) pro quibus

(\*) Sehet! da kommen schon Väter und Vorläufer der so genannten Reformirten Kirchen. Denn nach dem Zeugniß des Herrn Mosheim in der Vorrede seiner Ketzer-Geschichte pag. 29. so hat die Frage: Wo war vor Luther euer Kirche? die Protestanten so verwirret gemacht, daß sie sich nicht gefürchtet, die Ketzer zu Hülfe zu rufen, und in die Bruderschaft der Evangelischen Gemeine aufzunehmen. Es erachtet zwar der Herr Canzler Mosheim, es wäre dieses nicht

bus nulla merces speranda esset, sicut etiam nulla poena, ob foedissimas voluptates

Saeculum XI.  
A.C. 1022.

nicht nothwendig gewesen, und vermeynet vorsichtiger aus dem Handel zu kommen, wenn er sagt: pag. 30. War unsere Kirche vor Luther nicht da, so war doch unser Glaube da. Er stand in den Büchern der Propheten und der Apostel, die kein Pabst verwerfen kann. Hat es der Herr erlaubt, daß dieser Glaube mit der Schrift eine geraume Zeit ist vergraben worden, und keine sichtbare Anhänger gehabt hat, so hat er es sonder Streit aus heiligen und gerechten Ursachen erlaubt. Von uns kann es niemand als ein Unsinniger fordern, daß wir von Gottes Wegen und Regierung Rede und Antwort geben sollen.

Da sehen wir aus des Herrn Mosheims Worten, daß er erstlich diejenigen Schwärmer, Waldenser, Albigenfer, Katharer, Aposteln, Wicklfiten, Fratriceller und viele andere, p. 29. welche von einigen Protestanten als Brüder angenommen worden, für Ketzer hält, und denn zuläßt, daß der wahre Glaube eine geraume Zeit ohne sichtbare Anhänger (das ist, ohne Kirche) könne vergraben gewesen seyn. Wie erweist er aber, daß der Protestanten Glaube in den Büchern der Propheten und der Apostel, die freylich kein Pabst verwerfen kann, gestanden sey? Dem Mosheim, als einem Privat-Doctor, ist es niemand schuldig zu glauben. Das Zeugniß der wahren Kirche ist auch nicht da, denn sie war ohne sichtbare Anhänger, und vergraben

Saeculum XI. ptates & flagitia, timenda. Matrimo-  
 A.C. 1022. nium rejiciebant, suosque carnes man-  
 ducare

\* Matth. 16.

vergraben, wider das ausdrückliche Versprechen  
 Jesu Christi: & portæ inferi non prævalebunt  
 adversus eam. \* O wie schwach, Herr Mosheim,  
 o wie von Herzen schlecht ist diese Antwort auf die  
 erschreckliche Frage: Wo war euer Kirche vor  
 Luther?

Nun auf so falsche und sich selbst widersprechende  
 Sätze ist das allgemeine Kirchen-Recht der  
 Protestanten gegründet, welches der abgeleitete  
 Herr Mosheim verfaßt, und nach dessen Tode zu  
 Helmstädt 1760. herausgegeben worden. Man  
 begreift leicht, es könne in diesem Werk statt ei-  
 ner Gründlichkeit nichts anders seyn, als etwan  
 des Herrn Verfassers schimmernder Wiß und große  
 Belesenheit. Die Anzeiger dieser Abhandlung ge-  
 stehen im Eingang, daß ihre Kirchen-Rechte in letz-  
 ten Tügen gelegen. Ja ja, die Herren Protestanten  
 haben es schon längst selbst verrathen, daß sie gar  
 kein Kirchen-Recht haben, weil sie die Institutio-  
 nes Juris Ecclesiastici des Herrn Fleury, eines  
 Römisch-Katholischen Schriftstellers ihren Schü-  
 lern vorgelesen. Es ist schlechterdinges un mög-  
 lich, geistliche Rechte einer Kirche, welche der Rö-  
 mischen entgegen gesetzt wäre, und nur ein einzi-  
 ges Zeichen der wahren Kirche Christi an ihr hät-  
 te, durch 14 Jahrhunderte, erweislich zu machen.  
 Denn die Protestantischen Kirchen-Rechte sind nicht  
 älter als Doctor Luthers Capuz, aus welcher sie  
 ursprünglich heraus geflossen. Zuletzt heißet es:  
 In des Herrn Mosheims Kirchen-Rechten  
 werde

ducare prohibebant. Herbertus hac Doctrina imbutus ad summum Sapientiae fastigium se pervenisse putabat; quare re-  
 versus in Normanniam & in domum Ar-  
 fasti, 1017.

Saeculum XI.  
 A.C. 1022.

Fragm. ap.  
 Baron. an.

werde ein jeder sehen, quod Papa nihil fecerit. Ohne Zweifel, ihr Herren! in diesen Kirchen-Rechten Papa nihil fecit. Darum sind es auch Rechte einiger Kirchen ohne Alterthum, ohne Oberhaupt, ohne Einigkeit, ohne Zusammenhang, ohne Sichtbarkeit, ohne Unfehlbarkeit, ohne ein einziges Zeichen der Wahrheit. Kurz, das sind Kirchen-Rechte, bey welchen derjenige gar nichts zu sprechen hat, zu welchem Jesus Christus gesagt: *Pasce oves meas.* Joan. XXI. Ja diese Herren haben immer die Schrift im Munde, und in der That treten sie solche mit Füßen.

Es sagen auch die Verfasser des Neuesten in ihrer Anmerkung: Das Kirchen-Recht haben sich zwar bisher die sogenannten Juristen angemasset: aber nur aus einer Nachsicht und Vernachlässigung der Theologen. Daher ist es gekommen, daß die Rechtsgelehrten Meynungen ergriffen, davon man vorhin nichts gewußt hat. Und ferner: Man wundre sich nicht, daß wir in einer Monarhschrift, die den schönen Wissenschaften sonderlich gewidmet ist, auch eine so ernsthafte, halb theologische, halb juristische Wissenschaft berühren. . . . Wir haben uns also mit Fleiß ein wenig von unserm gewohnten Wege verirren wollen &c.

Sæculum XI. fasti, domini sui, cum eum tenero affectu  
A.C. 1022. prosequeretur, omnibus viribus conatus  
 est eundem in suam de Religione senten-  
 tiam pertrahere, dicens, nullam in orbe  
 terrarum existere civitatem, in qua pu-  
 rius quam Aureliani scientia & pietas  
 hauriri possent. Arefastus detecto erro-  
 re, rem ad Richardum Normanniæ Du-  
 cem perscribit, rogans, ut Roberto Regi  
 per literas significaret, quam exitiosa  
 pestis in suo regno serperet, cujus prin-  
 cipiis obstandum esset, ne per moras in-  
 valesceret, Regemque hortaretur, ut ipsi  
 Arefasto necessarium præstaret præsi-  
 dium, quo malum reprimere posset.  
 Rex insolens nuncium vehementer mi-  
 ratus Arefastum celeriter se Aurelianum  
 conferre cum suo Clerico jubet, consi-  
 lium & opem promittens.

Arefastus acceptis Regis mandatis  
 iter ingressus est, atque in via Carnutum  
 divertens, cum Fulberto Episcopo Do-  
 ctrinæ

---

Ich weiß nicht, warum diese Herren die Rechts-  
 gelehrten so weit unter die Theologen herab setzen,  
 oder was sie für einen Begriff von einem Theolo-  
 gen oder Rechtsgelehrten haben; dieses aber sieht  
 aus ihrer Kritik jedermann, daß sie zwar in der  
 Sprach- und Dichtkunst und auch andern an-  
 muthigen Wissenschaften wohl zu Haus, in der  
 Gottes- und geistlichen Rechtsgelehrsamkeit aber  
 Fremdlinge sind.

ctinæ fama tunc temporis clarissimo Sæculum XI.  
 consilia communicaturus erat, sed cum A.C. 1022.  
 comperisset, eum Religionis causa ad limi-  
 na Apostolorum fuisse profectum, adiit Ec-  
 clesiæ Carnutensis Thesauro præfectum,  
 nomine Eberhardum, virum prudentem,  
 a quo, prodita itineris sui causa, consi-  
 lium expetiit, qua ratione hos Hæreti-  
 cos oppugnare & sibi ipsi ab eorum insi-  
 diis cavere posset. Suasit Eberhardus;  
 singulis diebus mane in Ecclesiam ad  
 orandum, & impetrandum Divinum au-  
 xilium se conferret, Sacra communione  
 animum confirmaret, tum signo crucis  
 se muniens Hæreticorum illorum socie-  
 tatem frequentaret, differentes ausculta-  
 ret, nec verbo refragaretur, sed eorum  
 Discipulum se fingeret.

Arefastus.

Postquam Arefastus Aurelianum per-  
 venit, quæ Eberhardus suggesserat, so-  
 lenter exequi cœpit. Domos novorum  
 istorum Magistrorum ingressus ultimo  
 loco acquiescebat, tanquam Discipulo-  
 rum minimus. Illi in principio exempla  
 & similitudines ex Scriptura (\*) affere-  
 bant, & exhortabantur, ut perversam  
 Doctrinam, quam hucusque tenuisset,

K 2 reji-

(\*) Nimirum more hæreticorum omnium.  
 Sunt vero Heterodoxi isti Aurelianenses illis  
 omnibus terribile exemplum, qui Sacræ Scriptu-

Sæculum XI. rejiceret, eorumque fidem, utpote a S.  
A.C. 1022. Spiritu profectam, reciperet. Cumque  
 viderent ad omnia, quæ ab ipsis audiret, Deo gratias agentem, rati, se huic tyroni persuasisse quod volebant, aperte Doctrinam suam, non amplius Scripturæ verbis involutam exponunt. Ipse quærere; in quo denique spem suam ponere deberet, cum se prohiberent in Jesu (\*) Christi passionem & in Sacramentorum Baptismi & Eucharistiæ efficaciam credere? Responderunt: *Haëtenus cum rudissimis hominum in abyſſo errorum jacuiſti; nunc vero apertis mentis oculis lucem veritatis admittis. Nos tibi Salutis portam reſerabimus, quo poſtquam ingreſſus fueris, ab omnibus peccatis tuis mundaberis per impoſitionem manuum noſtrarum, & repleberis dono Spiritus Sancti, qui te in altitudinem Scripturarum penetrare docebit. Tum cibo Cæleſti reſectus ſæpe nobiſcum Angelos cernes, earumque revelationum auxilio in uno temporis momento, quo lubuerit, te ipſum transferre licebit.*

ræ ſenſum, ſpreta auctoritate Eccleſiæ Romanæ, præter quam per omnia Sæcula nulla alia nominari potuit, id eſt, nullius Eccleſiæ auctoritate ſulti, explicare præſumunt.

(\*) Hinc Manichæi ne quidem Chriſtianorum, ſed Infidelium numero adſcribendi.

*bit. Nec unquam aliquid tibi deerit, Co-* Sæculum XI.  
*mitem Deum ubique habenti.* A.C. 1022.

Illud, quod Sycophantæ cibum cœle-  
 stem appellabant, hoc modo conficieba- *Anon. to. 2.*  
 tur. Sæpe præstituta nocte in destinata *Spicil.*  
 ad facinus domo conveniebant, singuli  
 lampadem manu gestantes. Recitabant  
 nomina Dæmonum ad modum litania-  
 rum, donec aliquis Dæmonum, speciem  
 parvuli animalis referens, in hunc cœ-  
 tum subito descendere conspiceretur.  
 Tunc vero lucernæ omnes extingueban-  
 tur, & viri proximam quamque feminam  
 complexi nefanda licentia libidinaban- *Cibus Cæ-*  
 tur. Porro puer octiduanus ex muliere *lestis Mani-*  
 in illis tenebris compressa natus in con- *chæorum.*  
 ventum deinde afferebatur, ardenti ro-  
 go imponebatur, & corpusculum in ci-  
 neres redigebatur; quos postea supersti-  
 tiosi tanta veneratione servabant, qua  
 Christiani Jesu Christi Corpus ægrotan-  
 tibus, ut viaticum porrigendum, custo-  
 dire solebant. His cineribus tanta vir-  
 tus inerat, ut quicumque vel paucissimos  
 pulvisculos deglutiisset, vix ulla arte un-  
 quam ad sanam fidem converti posset.

Hæc narratio calumniis olim de pri-  
 mis Christianis sparsis adeo similis est, *Sup. l. III.*  
 ut qui id referat, antiquas illas fabulas *§. 21.*  
 imitari & renovare velle videatur. Sed  
 ut ut res se habeat, attuli, quod Scriptor  
 illius temporis literis mandavit. Scri-

K 3

ptor

Sæculum XI. Scriptor alius illud solum refert; hos  
 A.C. 1022. Hæreticos circumtulisse infantis mortui  
 pulveres, ad quos devorandos quemcun-  
 que potuissent compellere, eum illico  
 Manichæorum erroribus assensum præ-  
 buisse.

Adem. Chr.  
 p. 180.

## §. LIV.

*Concilium Aurelianense.*

Chro. S. Pet.  
 to. 2. Spicil.  
 p. 740. Cum igitur Robertus & Constantia Re-  
 ges per nuncios ab Arefasto moniti  
 Aurelianum cum compluribus Episcopis,  
 ac inter ceteros Leoterico Archiepisco-  
 po Senonensi, advenissent, altera die  
 Hæretici isti omnes ex domo, in qua con-  
 gregati erant, protracti, ad Ecclesiam S.  
 Crucis, & in conspectum Regis, Episco-  
 porum & omnium Clericorum perdu-  
 cuntur. Arefastus quoque quasi capti-  
 vus cum aliis sistitur, & prior elocutus  
 ad Regem ait: *Vasallus ego sum, o Rex!  
 Ducis Normanniæ, qui tibi servit, & in-  
 sons vinculis adstrictus coram te teneor.*  
 Tum Rex: *Edic, cur huc veneris; unde  
 cognoscamus, an custodiri te vel dimitti  
 oporteat.* Atque Arefastus: *Cum de pie-  
 tate & Doctrina istorum hominum, quos  
 mecum vinctos vides, mira refervi audivis-  
 sem, veni in hanc civitatem, ut ipsorum Do-  
 ctrinam amplecterer, si bona videretur. (\*)*

Episco-

(\*) An modus, quo Arefastus Hæreticos de-  
 cepit,

*Episcoporum tibi assidentium est judicare, an id faciens peccaverim.* Sæculum XI.  
A.C. 1022.

Dixerunt Episcopi: *Si nobis exposueris, quænam ex his hominibus, ad fidem pertinentia, didiceris, non erit difficile judicium.* Arefastus respondit: *Vos, Rex & Episcopi imperate, ut palam profiteantur Doctrinam, quam mihi tradiderunt.* Sed Rege & Episcopis id jubentibus Hæretici ambigue loquebantur, aliud interrogantibus, aliud respondebant, de summa Fidei suæ rationem reddere tergiversabantur, & quo magis premebantur, eo majore versutia quæstionem eludere conabantur. Itaque Arefastus videns, quod moras callide necerent, suosque errores verbis in speciem orthodoxis tegerent, ait: *Putavi me in Magistros incidisse, qui me veritatem non errorem docerent, ideo maxime, quod Doctrinam vestram, salutarem ut dicebatis, immani fiducia mihi proponere videremini, & affirmaretis, nunquam futurum, ut vel tormenta, vel ipsa mors aliam fidei professionem ex ore vestro exprimerent. Nunc autem video, quod eam coram hominibus confiteri erubescatis, de animæ meæ periculo nullatenus solliciti. Regi & Episcopis obedite, ut intelligam, quid mihi*  
K 4 *creden-*

cepit, licitus, vel omnino approbandus, Lectoris Judicium esto.

Sæculum XI. credendum, rejiciendumve sit. Docuistis  
 A.C. 1022. enim me, per Baptismum remissionem pec-  
 catorum obtineri non posse, Jesum Chri-  
 stum non esse natum ex Virgine, non pro  
 hominibus passum, non sepultum, non a  
 mortuis resuscitatum. Panem & vinum,  
 quæ super Altare manibus Sacerdotum po-  
 sita, Sacramentum sunt, per operatio-  
 nem S. Spiritus, in Corpus & Sanguinem  
 Jesu Christi mutari non posse. (\*)

Postquam Arefastus hæc protulisset,  
 Guerinus Episcopus Bellovacensis, con-  
 versus ad Stephanum & Lifoyum, tan-  
 quam ceterorum Magistros, quæsit, an  
 hæc esset eorum fides. Illi audacter, se  
 vero hæc jam diu credere, quin etiam  
 speramus, inquebant, & vos & ceteros  
 omnes hanc Doctrinam, quæ pura veritas  
 est, recepturos. Tum Episcopus: *Jesus  
 Christus ex Virgine nasci voluit, quia po-  
 tuit, & in humana Natura pro Salute no-  
 stra*

(\*) Luculentum contra Protestantes Testimo-  
 nium! Fideles corporalem Christi præsentiam in  
 Sacra Eucharistia credidisse. Quid enim alias  
 fuisset, quod Spiritus Sanctus potentia Divina  
 operaretur? Quandoquidem hic sermo non est  
 de operatione Spiritus Sancti, qua, sicut in Ba-  
 ptismo, gratiam in anima recipientis Sacramen-  
 tum producit, sed qua in panem & vinum, ex  
 quibus Corpus & Sanguis Jesu Christi fiat, ope-  
 ratur.

*stra pati, ut propria virtute Divinitatis  
sua resurgeret, atque nos quoque aliquan-  
do resurrecturos demonstraret.*

Sæculum XI.

A. C. 1022.

Responderunt: *Cum hæc fierent, non  
aderamus, nec aliquis hominum hæc facta  
fuisse nobis persuadebit.* Reposuit Episco-  
pus Bellovacensis: *An creditis, vos ex  
patre & matre genitos esse? Ipsisque fa-  
tentibus, dixit: Si vos, qui prius non  
existebatis, ex parentibus vestris natos  
esse creditis, cur non vultis credere, Deum  
de Deo, sine matre ante omnia sæcula ge-  
nitum, in fine temporum, operante Spiritu  
Sancto, ex Virgine natum esse? (\*) Ma-  
nichæi: Quod naturæ repugnat, Creatio-  
ni congruere nequit.* Episcopus: *Ante-  
quam aliquid produceretur per naturam,  
an non creditis, Deum Patrem omnia ex  
nihilò per Filium suum produxisse?* Ma-

K 5 nichæi

(\*) Veritatis studiosi Lectores ex his dispi-  
ciant, etiam in illis Sæculis, quæ obscura & bar-  
bara dicuntur, non defuisse in Ecclesia Roma-  
no-Catholica Episcopos, ad refutandos & con-  
fundendos Hæreticos, idoneos. Præterea hic  
notabit Lector sive Catholicus, sive Protestantus,  
si modo veritatis amans sit, Sanctos Patres &  
Episcopos doctos, cum de præsentia Corporis  
Christi in Eucharistia loquuntur (ut paulo ante  
observavimus) sicut de Incarnatione, æquali  
modo, Operationem Spiritus Sancti inferre. Ar-  
gumentum Protestantibus indissolubile!

Sæculum XI. nichæi: *Fabulam canite hominibus, qui  
 A.C. 1022. terrestria cogitant, & inventis mortalium  
 in animalium pelle descriptis fidem habent.*  
*Nobis vero, qui legem a Spiritu Sancto in  
 interiore homine scriptam habemus, & ni-  
 hil aliud verum credimus, quam quod ab  
 ipso Deo accepimus, frustra hæc suggeri-  
 tis. Satis verborum. De nobis, quod  
 placebit, decernite. Jam nunc videmus  
 Regem nostrum, in Cælo regnantem, nos  
 que protensa manu ad triumphos æternos  
 vocantem.*

§. LV.

*Manichæi combusti.*

*Glab.* **A**b hora diei prima usque ad nonam,  
 id est, usque ad tertiam post meri-  
 diem, cum Hæreticis acriter disputatum,  
 & nulla via intentata relicta, quo mise-  
 ris error eximeretur. Obstinatis vero  
 tandem denunciatur, nisi respicerent,  
 protinus jubente Rege & toto populo  
 consentiente flammis esse tradendos. Il-  
 li respondent, nihil esse causæ, cur time-  
 rent, cum certo scirent, flammam sibi  
 non esse nocituram. Irridebantque mo-  
 nitores, qui persuadere ipsis conabantur,  
 ut mentem perversam abjicerent. Tunc  
 singuli illis vestibibus, quæ susceptum cu-  
 juscunque Ordinem indicarent, induun-  
 tur, & statim ab Episcopis deponuntur.  
 Regina vero ante fores Ecclesiæ a Rege  
 stare

stare iussa est, ut populum irrupturum, & Hæreticos ad aram mactaturum, sui reverentia submoveret, cum pervicaces ducerentur, exeuntem Stephanum, sibi antea a Confessionibus, virga, quam manu tenebat, in capite feriens, alterum oculum misero contrivit. (\*) Ergo extra civitatem trahuntur in tugurium, ubi ignis ingens excitatus. Ibant illi, hilari, ut videbatur, vultu, dicentes, id ipsum sibi in votis esse. Tredecim omnino damnati erant, ex quibus unus tantum Clericus & una Monialis ad sanam mentem redierunt. Reliqui unacum pulvere suo execrabili, de quo paulo ante mentio fuit, combusti. At quamprimum vis flammæ ad corpora pervenit, miserandum ejulare cœperunt, deceptos se fuisse, atque perversa de Deo, Universi hujus Domino, credidisse. Non nulli circumstantium commiseratione tacti adhuc spirantes e rogo eripere nitebantur; sed sero nimis, namque ita in cineres cuncti redacti sunt, ut ne quidem ossa superessent. Illud quoque manifestatum, quod Cantorum Magister in Ecclesia Aurelianensi ante triennium defunctus eandem hæresim in sinu fovisset; id enim Catholici quidam Hæreticique testatum faciebant. Quare Udalrico Episcopo jubente

Sæculum XI.  
A. C. 1022.

Ademar.

(\*) Dignum zelo muliebri facinus!

Sæculum XI. bente e cœmeterio effoditur, & in la-  
A.C.1022. trinam projicitur.

In aliis quoque civitatibus hujus Sæ-  
 ctæ homines igne consumpti, plurimi au-  
 tem Tolosæ, quod Ademarum illius ætatis  
 Scriptor testatur. Idem refert, hos Anti-  
 christi præcursores in variis Occidentis  
 regionibus latitasse, solertissime se se oc-  
 cultantes, & quot quot possent, viros  
 feminasve pervertentes. Eos diserte  
 Manichæos appellat, dicitque, hujus Sæ-  
 ctæ homines occulte flagitia admisisse,  
 quæ omnes probi abominantur, & hone-  
 ste nominari non possunt, nihilominus  
 vero publice se veros Christianos simu-  
 lasse. Ex argumentis etiam, quibus Gla-  
 ber Monachus ad refutandam ipsorum  
 Doctrinam utitur, apparet, fuisse Mani-  
 chæos. Nam primo probat, necessario  
 credendum esse Deum, Ens supremum,  
 omnis substantiæ tam corporeæ, quam  
 non corporeæ Auctorem. Mali originem  
 esse affirmat, quod Creatura a præcepto  
 Creatoris recesserit. Dicit, Hominem,  
 medium inter Creaturam pure spiritua-  
 lem, & pure corpoream, positum, se  
 ipsum infra propriam naturam dejecisse.  
 Deum, ut lapsum erigeret, diversis tem-  
 poribus prodigia edidisse, & Sacras Scri-  
 pturas, quarum ipse Auctor esset, eidem  
 tradidisse. Omnem hominem, Opus  
 Dei blasphemantem, Deum ignorare.

Nos

Cod. c. 8.

Nos opera Sacrarum Scripturarum per-  
venire ad cognitionem S. Trinitatis, im-  
primis Filii Dei, per quem & in quo es-  
sent omnia, quæ sunt. Deinde progred-  
ditur ad Incarnationem, cuius finis fuisset,  
in Homine Dei Imaginem per peccatum  
deletam reparare, & tandem ostendit,  
Sanctorum meritum in hoc solo esse  
positum, quod Jesu Christo per  
Fidem & Charitatem adhæserint.

Sæculum XI.  
A.C. 1022.

## §. LVI.

*Gauslinus Archiepiscopus Bituricensis.*

Sub idem tempus in Aquitania, qua ma-  
ri alluitur, portentum inauditum  
mortales exterruit. Triduo ante Fe-  
stum S. Joannis de Cælo imber sangui-  
neus ruit, qui nulla ratione abstergi po-  
terat, si in nudam hominis carnem, in  
pannum, vel in saxum incidisset, si vero  
in lignum, facili negotio abluebatur.  
Guilielmus Dux Aquitaniæ rem Regi  
Roberto perscripsit, in eadem epistola  
rogans, ut viros sapientes Regni sui con-  
suleret, quod omen ex tanto prodigio ca-  
piendum esset. Rex datis ad Gausli-  
num, fratrem suum, ex Patris amica na-  
tum, Archiepiscopum Bituricensem, li-  
teris rogavit, ut cito sibi rescriberet, an  
in superiorum temporum annalibus simi-  
le prodigium literis mandatum reperire-  
tur, & quid portendisset.

*Fragm. Du-*  
*chesn. to. 4.*  
*p. 86.*

*Ap. Fulb.*  
*ep. 95.*

Respon-

Sæculum XI. Respondens Regi Archiepiscopus com-  
 A.C. 1022. plura similia prodigia ex Veterum Histo-  
 riis affert, & ultimo portento mysticas  
 ep. 96. significationes tribuit. Fulbertus quo-  
 que Episcopus Carnutensis, accepta Regis  
 ep. 95. epistola, respondens unicum locum am-  
 p. 90. plissimum ex Gregorio Turonensi refert,  
 cum simili explicatione; unde dispici-  
 tur, illa ætate neminem in dubium re-  
 vocasse, quin ejusmodi rari eventus ali-  
 quid ex cœlesti ordinatione portende-  
 rent.

Gauslinus, Archiepiscopus Bituricen-  
 sis, filius Regis Hugonis Capeti, ex pel-  
 lice genitus, a puero monasterii S. Bene-  
 dicti ad Ligerim alumnus, & Discipulus  
 fuit doctissimi Abbonis; quo defun-  
 cto Robertus Rex fratri hanc Abba-  
 tiam contulit, nequicquam repugnantibus  
 monachis, eum ob natalium macu-  
 lam recipere nolentibus. Mortuo Da-  
 berto Archiepiscopo Bituricensi Rex  
 Gauslinum ad eam quoque Dignitatem  
 Adem. Chro. anno millesimo decimo tertio evexit,  
 p. 172. populo Bituricensi per integrum quin-  
 quennium reluctante, & una voce cla-  
 mante, filium meretricis Ecclesiam rege-  
 re non debere. Tandem vero, S. Odi-  
 lone Abbate Cluniacensi animos conci-  
 liante, omnes Regis voluntati obtempe-  
 rarunt. Gauslinus in Sedem Bituri-  
 censem receptus, eam usque ad obi-  
 tum

tum suum anno millesimo trigesimo te- Sæculum XI.  
nuit. A. C. 1022.

## §. LVII.

*Fulbertus Episcopus Carnutensis.*

Fulbertum Episcopum Carnutensem nec 10. 93  
illustres natales, nec opes commen- Carm. p. 179.  
dabant. Ipse in suis Scriptis, Romanum  
patria se fuisse, prodere videtur. Opti-  
mos Præceptores sortitus a puero ita in  
literis profecit, ut in virili postea ætate  
inter maximos sui Sæculi Doctores non  
postremo loco haberetur. Diu Carnuti  
scientias docuit, & illius Ecclesiæ Can- ep. 2. fol. 12.  
cellarius fuit. Ex aliquibus Epistolarum & 15.  
ipsum videmus, Medicum fuisse peritum,  
& potiones salutare ægrotantibus por-  
rexisset, at, suscepto Episcopatu, nemini  
amplius medicinam præbuisse. Cum  
igitur Fulbertum Reges, Episcopi, popu-  
lique, magni facerent, Episcopus Carnu-  
tensis electus est, licet esset juvenis, mor-  
tuo Rudolpho, anno millesimo septimo.  
Etiamnum in vivis agebat Fulco Episco- vid. Mabill.  
pus Aurelianensis, cui Fulbertus, data Sæc. 6. p.  
epistola solatium suggerere conatus est, 254. n. 3.  
deflens Regis Roberti ignaviam, qui se epist. 41.  
sapius ab improbis decipi passus, non  
eo, quo par erat, vigore Jus diceret.

Hortabatur, ut Abbatem Floriacen- ep. 73.  
sem ad obedientiam secundum Canones  
sibi præstandam compelleret, atque  
etiam

Sæculum XI. etiam Abbatem, nempe Gauslinum, post-  
A.C. 1022. ea Archiepiscopum Bituricensem, ut obe-  
 diret, monebat.

*ep. 61.* Fulcone ad æterna translato, cum  
 Theodoricus Episcopus Aurelianensis fu-  
 isset electus, Fulbertus præstituta die  
 ipsius Ordinationi interesse recusavit,  
 quod Theodoricus commissi homicidii  
 accusaretur, & Summus Pontifex, re ad  
 S. Sedem delata, ipsum ordinari prohi-  
 buisset. Præterea non nulli quereban-  
 tur, Theodorici electionem metu Princi-  
 pis, oppressa Clericorum populique li-  
 bertate, fuisse extortam. At postmo-

*vid. Mabill. Sæc. 6. pag. 162. ep. 62. Boll. to. 2. p. 788.* dum Fulbertus, cognita ejus innocentia,  
 non solum cum ceteris Episcopis eidem  
 manus imposuit, sed etiam exinde ipsius  
 in paucis amicus fuit. Nec mirum;  
 nam Theodoricus Aurelianensis Sanctis  
 adscriptus, vigesima septima Januarii co-  
 litur. Filius fuit Dynastæ |Castri Theo-  
 doriciani\* ad Matronam amnem, & ne-  
 pos illius, qui hanc Arcem primus condi-  
 dit, & a quo nomen in hanc usque diem  
 retinuit.

\* Chateau-  
 Thierry.

*Carm. p. 179.* Fulbertus compacto carmine, melior  
 Christianus quam Poeta, angustias ani-  
 mi prodidit timentis, ne ad Episcopatum  
 male vocatus fuisset. *Creator mi,* inquit,  
*vita mea, spes mea unica, suggere bonum*  
*consilium, atque illud amplectendi vires,*  
*quippe magna animi incertitudine fluctuo.*  
*Timeo,*

*Timeo, ne, Episcopatu temere suscepto, Sæculum XI.  
 gregi meo plus noceam quam profim; hinc A.C. 1022.  
 Sedem Episcopalem aliis me dignioribus  
 relinquere cogito. Sed dum perpendo,  
 quod nec genere, nec opibus clarus banc Ca-  
 thedram, sicut pauper elevatus de stercore,  
 conscenderim, credo, eam non sine tua Pro-  
 videntia mihi obtigisse, & sine tuo nutu  
 eam deserere non præsumo, quamvis con-  
 scientiæ meæ stimulus urgeat. Tu novi-  
 sti, Domine, quid tibi magis placitum sit,  
 & quid mihi magis proficuum. Jube  
 quod vis, & da quod jubes.*

Fulbertum in his angustiis nutantem  
 confirmavit S. Odilo Cluniacensis, quo-  
 cum arctissimo amicitiae vinculo junge-  
 batur, dicere solitus, Odilonem esse Mo-  
 nachorum Archangelum. Is ergo Ful-  
 bertum suavit, ut in Episcopatu perseve-  
 raret. Quod consilium ille ea conditione  
 secutus est, ut sibi Odilo in omnibus ar-  
 duis & adversis paterno affectu & auxilio  
 succurreret.

ep. 66.

ep. 68.

Roberto Regi petenti, ut Electionem  
 Franconis Episcopi Parisiensis suo consen-  
 su roboraret, respondit, consentire se, si  
 vir esset literatus, & facili eloquio ad  
 prædicandum Verbum Dei præditus;  
 non minus enim, inquit, Episcopus prædi-  
 care, quam ceteris officiis fungi tenetur.  
 Item in hac responsione præsumit, Ele-  
 ctionem judicio Archiepiscopi Senonen-  
 sis,

ep. 68.

Fulbertus  
Carnutensis.

Hist. Eccles. Tom. XIV. L fis,

Sæculum XI. A.C. 1022. *sp. II. 20.* *\* Nempe Spiritua- lem.* sis, aliorumque illius Provinciæ Episcoporum fuisse Canonicam. Franconem deinde Episcopum ordinatum Fulbertus in variis negotiis consilio adjuvit, solatus etiam mœrentem in persecutiōne, qua Optimates Ecclesias premebant, & hortatus, ne usque adeo excandesceret, ut ad arma prorumperet. Si enim gladio alieno, inquit, usus fueris, forte futurum est, ut nemo tuum \*metuat. Admonet etiam, ut pro pauperibus usum fructum Altarium, quem Antecessores ejus viris Laicis concesserant, repetat.

*ep. 45.* Defuncto quodam Subdecano Ecclesiæ Carnutensis, cum Robertus Episcopus Silvanectensis hoc officium vel sibi, vel Guidoni fratri suo conferri postulasset, Fulbertus respondit: id muneris nec Roberto, Episcopo, nec Guidoni, juveni, convenire, illudque Presbyterorum suorum uni, nomine Eberhardo, viro docto & pio concessit. Qua re Episcopus Silvanectensis, ejusque mater, acerbe offensi Eberhardo, multis audientibus, extrema minabantur; nec leviori furore quam pro atrocitate minarum destinata executi sunt. Aliquot viri de eorum familia Carnutum se contulerunt, ubi postquam reliquo diei tempore latuissent, noctu Eberhardum, ad Officium nocturnum peragendum euntem, aggressi, hastis & gladiis in atrio magnæ Ecclesiæ confoderunt,

derunt. Quem ejus Clerici paulopost Sæculum XI.  
 advenientes expirantem & S. Stephani A. C. 1022.  
 exemplo pro interfecto-  
 ribus suis oran-  
 tem invenerunt Quamvis vero facino-  
 ris auctores magna solertia usi essent, ut  
 laterent, non nullis tamen indiciis, jun-  
 cta priore illa & publica comminatione  
 proditi sunt. Fulbertus datis literis ad  
 Adalberonem, tanquam seniore pro-  
 vincia Remensis, cujus Sedes Metro-  
 politica, ut conjectura est, tunc vacabat,  
 Episcopum hortatus est, ut tantum cri-  
 men non relinqueret impunitum, sed  
 reos excommunicaret. Ipse Fulbertus ep. 29. 60.  
 omnes sceleris conscios excommunica-  
 vit, atque illa, quæ pro absolutione im-  
 petranda offerebant, accipere recusavit,  
 Archiepiscopo Senonensi id frustra sua-  
 dente & vehementer instante. At Epi-  
 scopus Silvanectensis nec pro cæde per-  
 acta ulla ratione satisfacere, nec fateri ep. 48. 49.  
 volebat, se conscium fuisse.

Postquam Sedes Remensis, Arnulpho  
 Archiepiscopo defuncto, aliquamdiu va-  
 casset, Eblesius Laicus a Clericis & illius Chro. Alber.  
 civitatis populo, Rege & plerisque pro- 1023.  
 vincia Episcopis consentientibus, Archi- Marlot. l. i.  
 episcopus eligitur. Adversabatur autem c. 20.  
 Gerardus Cameracensis, dicens, Eblesium  
 esse Neophytum, & Disciplinæ Ecclesia-  
 sticæ scientia neutiquam instructum, sed Eblesius Re-  
 Dialectica Sophistica leviter tinctum, mensis.

L 2

qua

Sæculum XI. qua rudibus imponeret. Guido etiam  
A.C. 1022. nuper Episcopus Silvanectensis ordina-  
 tus, Eblesii ordinationi interesse recusa-  
 bat; sed aliud persuasit Fulbertus, exem-  
 pla S. Ambrosii, & S. Germani Antissio-  
 dorensis afferens. Ob oculos quoque  
 eidem ponebat, quam necessarium esset,  
 ut vir egregius eligeretur, qui rebus col-  
 lapsis in Ecclesia Remensi succurreret.  
 Tandem Eblesius anno 1024. consecra-  
 tus Cathedram Remensem laudabilissi-  
 me annis novem tenuit. Eum in adver-  
 sis, nempe ab Odone Comite Campaniæ  
 vexatum, Fulbertus datis literis solaba-  
 tur, & gregem suum deserere cogitan-  
 tem reprehendebat, dicens, Boni pasto-  
 ris non esse, tempore malo fugere.

*ep. 38.*

*ep. 53.*

Guilielmus V. Dux Aquitaniæ, Ful-  
 bertus Carnutensis virtutes maximi fa-  
 ciens, ad se accitum, aliquamdiu deti-  
 nuit, & Thesauro S. Hilarii Pictavii præ-  
 fecit. Postea vero instantissime rogan-  
 tem ab eo munere liberavit, quod civi-  
 tates \* longe distarent. Professus est ve-  
 ro Fulbertus, se nihilominus Duci sem-  
 per futurum addictissimum. In quadam  
 alia ad Guilielmum data epistola expli-  
 cat Fulbertus, ad quæ obliget Vasallum  
 fides jurato præstita Domino suo, & quæ  
 econtra Dominus Vasallo debeat.

*Chro. Adem.*

*p. 173.*

*v. ep. 16. 18.*

\* Carnutum  
 & Pictavium.

*ep. 103. 130.*

## §. LVIII.

*Guilielmus Dux Aquitanicæ.*

Sæculum XI.

A.C.1022.

Guilielmus Dux, qui in hoc loco memoratur, a quibusdam Magnus dictus, illius ætatis Principibus potentia vix ulli secundus, & Religiosissimus erat, pauperum Defensor, Monachorum Pater, Ecclesiarum Præsidium. Juvenis singulis annis Romam proficisci adsuevit, quod si aliquo anno omitteret, in vicem ad S. Jacobum in Gallæciam peregrinabatur. Sive in itinere esset constitutus, sive in Palatio versaretur, Regi propior quam Duci videbatur, toti Aquitanicæ suprema potestate dominans, Regi Roberto, atque etiam exteris Principibus, Alphonso Regi Legionis, Sanctio Navarræ, Canuto Daniae & Angliæ, & Henrico Imperatori amicitia junctus; id enim mutua dona, quibus se colebant, demonstrant. Clericorum insigni scientia ornatorum singularem curam gerebat; unde Abbatiam S. Maxentii Rainaldo Monacho, cognomento Platoni, contulit. Ipse Dux a puero diligenter literis imbutus multos in Palatio libros habebat, lectione delectabatur, & Caroli Magni prudentiam imitatus, ubi otium erat, præsertim longis noctibus in hyeme, libros pervolvebat. Episcopos frequentissime apud se habebat. Complu-

*Chr. Adema.*

p. 172.

p. 177.

L 3

res

Sæculum XI. res fundos variis Monasteriis, nominatim  
 A.C. 1022 S. Martialis Lemovici, S. Michaelis, vul-  
 go *en l'Erme*, & Cluniacensi dedit. Nam-  
 que Monachos Regulares, & Abbates  
 magno honore prosequeretur, atque in  
 difficilibus Reipublicæ negotiis eorum  
 consilio utebatur. Imprimis Odilonem  
 Abbatem Cluniacensem amabat, multis  
 largitionibus eum sibi devinciens; ipsum  
 que templum esse Spiritus S. dicere audi-  
 tus, cui aliquot Monasteria in suis Ditio-  
 nibus posita reformanda commisit.

*Chron. Mal-*  
*leac. p. 206.*  
*V. Mabill.*  
*Sæc. 6. Aët.*  
*p. 133.*

Guilielmo Duci Monasterium Mal-  
 leacense in Territorio Pictaviensi origi-  
 nem suam debet, post annos trecentos  
 in Ecclesiam Episcopalem evedum. Idem  
 Dux Abbatiam Burgeliacensem in Ditio-  
 ne Andegavensi in prædio suo proprio  
 fundavit. Ejusque ætate & eodem an-  
 no millesimo decimo in Monasterio An-  
 gelorum apud Xantones Caput S. Joan-  
 nis Baptistæ inventum est, quod jam tem-  
 pore Pipini Aquitaniæ Regis, Ludovici  
 Pii filii, hujus Monasterii Fundatoris, il-  
 luc delatum dicebatur. Hodieque hu-  
 jus Translationis Historia nobis superest,  
 sed adeo barbære & incondite scripta, ut  
 jam Sæculo undecimo necdum elapso  
 conficta esse dignosceretur. Nihilomi-  
 nus detectum hoc caput, quod S. Joan-  
 nis Baptistæ esse credebatur, Fidelium  
 devotionem mirum in modum excita-  
 vit.

*Biblio. PP.*  
*Labbe to. 2.*  
*p. 222.*  
*Chr. ap. Bes-*  
*ly. Annal.*  
*Bened. l. 30*  
*n. 14. Post.*  
*op. Cypr.*  
*Adema. 178.*

vit. Peregrinanes innumeri ex omni-  
 bus Galliā provinciis, ex Italia, Hispa-  
 niaque confluxerunt. Robertus Rex  
 quoque & Regina adfuere, concham au-  
 ream triginta librarum, & multas vestes  
 pretiosas offerentes. Sanctius etiam Rex  
 Navarræ, Dux Vasconiā, Comes Cam-  
 paniā, ceterique Optimates omnes, Epi-  
 scopi, Abbates, cum magnificis muneri-  
 bus advenerunt. Inter publicas preces  
 procedentes populi alias celeberrimas  
 Reliquias atque etiam S. Martialis, qui  
 Aquitaniā Apostolus habebatur, illuc  
 deferebant. Ex ista autem qualicunque  
 inventione saltem illud, opus vere salu-  
 tare, fluxit, quod Regulā custodia antea  
 in monasterio S. Joannis *d' Angeli* colla-  
 psa, restituta fuerit. Nam jubente Gui-  
 lielmo Duce S. Odilo advenit, atque Ab-  
 batem nomine Aimericum ibi constituit.  
 Guilielmus vero Dux mortem oppetiit  
 Malleaci, habitu Monachorum indutus,  
 annos natus septuaginta & unum, ulti-  
 ma die Januarii anno Salutis millesimo  
 trigesimo.

Sæculum XI.  
 A.C. 1022.

*Chron. Mal.  
 laac. p. 207.*

§. LIX.

*Roberti Regis Pietas.*

Civitas Aurelianensis Roberto Regi  
 semper in deliciis fuit, nempe in ea  
 nato, baptizato, & coronato. Ecclesiā  
 Cathedrali S. Crucis agros, a Fulcone  
 Episco-

*Helg. p. 68.*

Sæculum XI. Episcopo Hugoni Bellovacensi, a quo au-  
A.C. 1022. xilium sperabat, concessos restituit, &  
 eidem Ecclesiæ vasa Sacra, ac maximi  
 pretii ornamenta dono dedit. Abba-  
 tiam Floriacensem donis cumulavit, &  
 ejus privilegia confirmavit. Quippe in-  
 ter præcipuos Patronos suos colebat S.  
 Benedictum cum S. Virgine, S. Martino,  
 S. Aniano, S. Cornelio, S. Cypriano, S.  
 Dionysio, & S. Genovesa. Præterea  
 Robertus Aureliani ædificari jussit mo-  
 nasterium S. Aniano Sacrum, duas Eccle-  
 sias Sanctæ Virgini dicatas, unum Mo-  
 nasterium S. Vincentii, alterum S. Pauli  
 in loco, vulgo *Chanteuge*, in Arvernia,  
 S. Medardi alterum Vitriaci, S. Leodega-  
 rii in Silva *Ibelina*, S. Dei Genitricis Me-  
 loduni, S. Petri & S. Riculfi Silvanecti.  
 Iterum Stampis Monasterium Beatæ Vir-  
 ginis, & aliam Ecclesiam in Palatio. Pa-  
 risiis in civitate Ecclesiam S. Nicolai, quæ  
 erat Palatii Sacellum, Monasterium S.  
 Germani Antissiodorensis, Monasterium  
 S. Michaelis in Silva *Beverensi* (hodie  
 Ecclesia Fontis Bellaquei †) Monasterium  
 S. Germani Parisiis cum Ecclesia S. Vin-  
 centii in Silva, vulgo *en Laye*. Gomea-  
 ci Ecclesiam S. Aniani, & aliam S. Ania-  
 ni, vulgo *a Fay*, Monasterium S. Vir-  
 ginis Possiaci, & tandem Cassiani Augu-  
 stoduni. Monasteria universim quatuor-  
 decim & alias Ecclesias septem.

p. 72.

p. 77.

† Fontaine-  
bleau.

Tanto

Tanto devotionis ardore in Sanctum Sæculum XI.  
 Evcharistiæ Sacramentum intendebat, ut A. C. 1022.  
 potius Deum in Gloria sua quam sub alie-  
 na specie conspiciere sibi videretur. (\*) p. 64.  
 Unde etiam solícite vasa & ornamenta  
 ad S. Sacrificium digne celebrandum sup-  
 pedibat. Eidem etiam volupe erat,  
 pretiose ornare Sanctorum Reliquias;  
 quippe ipso regnante eæ magno nume-  
 ro circa annum millesimum octavum  
 præsertim in civitate Senonensi, seden-  
 te Leoterico Archiepiscopo, detectæ  
 sunt, postquam diu latuissent. Quas  
 veneraturi, multi non solum ex Galliis,  
 sed etiam ex Italia & Regionibus ultra-  
 marinis advenerunt. Multi ægotantes  
 sanitatem recuperarunt, & magnas opes  
 peregrinantium devotio in civitatem  
 Senonensem contulit. At Inventione  
 Reliquiarum SS. Martyrum Saviniani & A. C. SS.  
 Potentiani Senonum Apostolorum nulla Ben. Sæc. 6.  
 illustrior fuit. Eorum corpora in antris, p. 254.  
 ne ab Infidelibus violarentur, a tempore  
 Guilielmi Archiepiscopi, qui anno non-  
 L 5 gente-

Glab. III.  
c. 6.

A. C. SS.  
Ben. Sæc. 6.  
p. 254.

(\*) Ex his verbis liquet, Robertum Regem  
 corporalem Christi præsentiam in Evcharistia  
 credidisse; quod utique ex sensu & Doctrina to-  
 tius Ecclesiæ, non vero ex Tractatu Paschassi,  
 quem omnium primum Corporalem præsentiam  
 affirmare ausum fuisse Caveus Anglus alique Pro-  
 testantes comminiscuntur, didicerit.

Sæculum XI A.C. 1022. gentesimo quadragesimo in vivis agebat, occultata, & ab Archiepiscopo Leoterico circa annum 1015. inventa, ipso accurante, in arcis plumbeis deposita sunt. *Gall. Chron.* Tandem Roberto Rege & Constantia Regina jubentibus S. Saviniani corpus thecæ, partim ex auro, partim ex argento elaboratæ, gemmisque ornatae positum est, idque Rex ipse & Robertus filius humeris suis reportarunt. Cumque Sacra ossa vigesima quinta Augusti circa annum millesimum vigesimum quintum ultimo transferrentur, quidam cæcus, nomine Meinardus, ex vico Fontanensi in territorio Vastiniensi, lumen, ante triennium amissum, recepit.

*Opera pietatis.* Ceterum Rex præstitutis temporibus officio Divino semper intererat, multum orabat, sæpissime genuflectebat, singulis diebus Psalterium legebat, atque etiam Lectiones & Hymnos canere alios docebat. Totas noctes in Natali Domini, in Paschate, & in Pentecoste vigilabat. A Septuagesima usque ad Pascha humi cubabat, & Quadragesimæ tempus peregrinando transigebat. Eleemosynæ Regis semper erant largissimæ, siquidem tam Parisiis, quam Aureliani, aut in aliis urbibus, in quibus morabatur, trecentos pauperes quin & non nunquam mille alebat, jubens eis panem & vinum abunde erogari. In Quadragesima, ubicunque versa-

versaretur, quotidie centum vel ducen-  
 tis pauperibus panis vinum & pisces  
 præbebantur. In Cœna Domini ad ho-  
 ram tertiam saltem trecentis pauperibus  
 ministrabat positis in terram genibus,  
 singulis panem, legumina, pisces, &  
 denarium porrigens. Idem faciebat ho-  
 ra sexta; deinde centum pauperibus  
 Clericis serviens, & Psalmos decantans  
 cuilibet denarios duodecim dabat. Tan-  
 dem postquam refectionem ipse sumpsis-  
 set, centum sexaginta vel plurium pau-  
 perum pedes lavabat singulis duos soli-  
 dos largiens. Hi solidi & denarii erant  
 argentei. Quocunque vero Rex profici-  
 sceretur, præcedebant in honorem  
 duodecim Apostolorum duodecim pau-  
 peres, asellis vecti, & Deum laudan-  
 tes.

Denique optimus Rex usque adeo in-  
 egenos misericors & patiens erat, ut se  
 præsentem vasa argentea suæ Capellæ sur-  
 ripi, & ex Regiis, quibus tegebatur, ve-  
 stimentis pretiosissimis aliquam partem  
 rescindi, aut saltem aurum avelli dissi-  
 mularet. Helgaldus Monachus Floria-  
 censsis, qui Roberti vitam scripsit, hujus-  
 modi facta plura, tanquam pulcherrima,  
 enarrat. Præterea idem Scriptor refert,  
 boni Principis jussu aliquando Compen-  
 dii in Cœna Domini duodecim viros per-  
 duelles, & vitæ suæ insidiantes, custodiæ  
 tradi-

Sæculum XI.  
 A.C. 1022.

Sæculum XI. traditos, tum in ædibus, quæ diceban-  
A.C. 1022. tur Caroli Calvi, laute habitos, & in Fe-  
 sto Resurrectionis Sacra Communione  
 munitos fuisse. FERIA secunda de causa  
 eorum fuisse cognitum, & reos omnium  
 Judicum calculis capite damnatos. At  
 pius Regem vitæ gratiam fecisse, quod  
 nollet morte eos afficere, qui Cœlestis  
 vitæ escam accepissent. Liberos ergo  
 dimisisse, monitos, ne impostero simi-  
 le facinus cogitarent. Ceterum, modum  
 positurus perjuriis tunc temporis fre-  
 quentissimis thecam, crystallinam, auro  
 decoratam, sed sacrarum Reliquiarum  
 vacuam parari jussit, super quam jurare  
 Optimates volebat, aliamque argenteam,  
 in qua ovum Gryphi includebatur, super  
 quam plebejis jurantibus manum impo-  
 nere præcipiebat. Quasi vero juramen-  
 tum solummodo valorem suum a præsen-  
 tia Reliquiarum accepisset.

Melior & utilior zelo flagrabat Ro-  
 bertus Rex, cum Episcopi vacantibus Ec-  
 clesis dandi essent. Quippe, quod Gla-  
 ber testatum facit, omne studium, cogi-  
 tationes omnes eo solum intendebat, ut  
 defuncto Pastori alium dignum, etiam si  
 esset ex infima plebe ortus, sufficeret.  
 Hinc Regni proceres indignabantur, &  
 imperata facere detrectabant, qui nempe  
 ad Dignitatem Episcopalem tantum  
 viros nobiles, genere sibi pares, promo-  
 vere

p. 66.

Glab. I. III.  
2.

vere solebant. Plerique enim, Regum ambitionem imitantes, libertatem Ele-  
 ctionis Canonicae premebant. Itaque Robertus Rex Principes Vasallos suos saepe rebelles expertus cum Regibus vicinis, Henrico Imperatore, Ethelredo Rege Angliae, Rudolpho Burgundiae, & Sanctio Navarrae pacem colebat.

Quam sinceræ amicitiae foedere Robertus Rex Imperatori junctus fuerit, patuit ex colloquio familiari, cum ambo Principes anno millesimo vigesimo tertio in ripa Mosæ amnis, qui duorum Regnorum terminus erat, congressi sunt. Non deerant in utriusque Principis purpuratis, qui dicerent, summam Majestatem non decere, ut alter in alterius potestatem concederet. Sed cimbas conscenderent, & in medio fluminis colloquerentur. Verum litem diremit vera amicitia & animi demissio; nam Henricus Imperator, cum vix illuxisset, cubili se proripiens cum paucis ad Robertum Regem transvectus est. Tunc ergo in teneros amplexus ruunt, & postquam Missæ ab Episcopis celebratae interfuissent, hilariter simul prandent. Obtulit Imperatori Rex magnam auri, argenti, & gemmarum vim, præterea equos centum, pretiosis phaleris ornatos, atque omnibus armis, quibus instructissimus Eques in aciem procedit, onustos.

Sæculum XI.  
 A.C. 1022.

Sigeb. an.  
 1023.

Sæculum XI. flos. Sed Imperator nihil accepit nisi  
A.C. 1022. librum Evangeliorum, & thecam Reli-  
 quii servandis aptam, in qua dens unus  
 S. Vincentii includebatur. Imperatrix  
 duos scyphos aureos sibi delegit. Alte-  
 ra die Rex cum Episcopis suis ad taber-  
 naculum Imperatoris pervenit, cui cum  
 Imperator in vicem centum libras auri  
 in donum præberet, nihil aliud retinuit  
 nisi duo pocula. In illa commoratione  
 pacis fœdera confirmarunt, Ecclesiæ &  
 Reipublicæ causas pertractarunt, & con-  
 stituerunt, se Ticini Papæ collocuturos,  
 & effecturos, ut quæ hic decrevissent,  
 rata & fixa haberet.

## §. LX.

*Richardus Abbas Virdunensis.*

*vit. Sæc. 6.* **R**ichardus Abbas Virdunensis, utrique  
*Act. Ben. p.* Regum carissimus, ad concordiam in-  
*509. Hugo* ter eosdem Principes conciliandam fo-  
*Flav. Chron.* vendamque utilissimam operam contu-  
*Vird. p. 160.* lit. Is, in Diœcesi Remensi nobilissimis  
*Bibl. Labb.* ortus parentibus, vacavit studiis litera-  
 rum in Ecclesia Cathedrali, Schola illa  
 tempestate inter omnes Galliæ Belgicæ  
 Ecclesias, tam Doctrinæ quam morum  
 laude celeberrima. Tum Dignitatem  
 Cantoris in eadem Ecclesia Remensi,  
 itemque Decani consecutus tantam pru-  
 dentiam atque in rebus gerendis inge-  
 nium prodidit, ut omnes eum & ama-  
 rent

rent & venerarentur. Continuo orabat, Sæculum XI.  
A.C. 1022.  
 Psalterium singulis diebus tum prostratus, tum stans recitabat. Cumque vehementi stimulo se ad perfectionem vocari sentiret, largiores eleemosynas spargere cœpit, tum omnia Bona sua distribuit in pauperes. Dubius vero hærebat, an sibi inter suos vita esset transigenda, quo iis bono exemplo viam ad salutem ostenderet, vel an patria esset relinquenda, ut pugnas & pericula, in quæ consanguineorum nostrorum amor conijcere nos solet, effugeret.

Adhuc deliberantem invisit Fridericus Comes Viridunensis, qui jam diu sub sæculari habitu Deo devotissime serviebat. Is Adalberone II. Episcopo Viridunensi, fratre suo, defuncto, illum Comitatum Ecclesiæ donavit, usufructu sibi servato, quoad viveret; ita enim damna a Majoribus suis Ecclesiæ Viridunensi illata resarcire voluit. Hujus Donationis Decretum datum est anno nongentesimo nonagesimo septimo, quo etiam iter Jerosolymam suscepit.

*Elog. Sæc.  
6. Ben. p.  
185.*

Ab illa igitur profectioe redux Fridericus, cum Remos venisset, ad Richardum Decanum divertit, qui magna charitate hospitem excepit. Ille virum prudentem nactus suum desiderium relinquendi sæculum aperit, cumque & Richardus eadem se mente agitare consilia fate-

Sæculum XI. fateretur, ambo ad S. Vitonum Viridunum  
 A.C. 1022. se recipere constituunt. Monasterium

S. Vitoni in medio sæculi octavi fundatum, a Normannis vastatum, postea aliquatenus reparatum tunc temporis septem Scoti, sub Regimine Viri Sancti ejusdem nationis, nomine *Fingen*, *Me-*  
*Ben. Sac. 6.* tis ad S. Felicem Abbatis, tenebant. Illi  
*p. 25.* vero duo amici ibidem suscepti, cum vidissent, neutiquam tam exacte, ac ipsi cupiebant, Regulam servari, Cluniacum perrexerunt, S. Odilonem consulturi, quid ipsis faciendum esse existimaret. Odilo, cognoscens viros esse virtutibus excellentes, non respexit ad commodum proprium, nec eos sibi retinuit, sed ad Monasterium S. Vitoni remisit, quod neutiquam dubitaret, quin ad reducendum in illam Congregationem Regulæ rigorem a Deo missi essent.

Ergo ad S. Vitonum revertentes Abbas *Fingen* recipere recusabat, veritus, ne viri in deliciis & divitiis enutriti hujus monasterii paupertatem ferre non possent; cessit tamen instantissime rogantibus, & post spatium mensium circiter trium vita functus est. Tunc autem Heimo Episcopus Viridunensis mortuo Richardum subrogavit, eumque, nequicquam reluctantibus monachis Scotis, S. Vitoni Abbatem constituit. Agebatur tunc annus millesimus quartus, atque Richardus huic

huic Abbatiaē annis quadraginta duobus <sup>Sæculum XI.</sup>  
 præfuit. Fridericus vero, exinde Ri- <sup>A.C.1022.</sup>  
 chardum ut Dominum suum veneratus,  
 ceteris obedientiaē & perfecta humilita-  
 tis exemplum præbuit.

Richardus Abbas meritorum suo-  
 rum fama brevi tempore non Franciam  
 modo, unde exierat, sed etiam totum  
 Lotharingiaē Regnum implevit; quare  
 Henricus Imperator, auditis sæpe viri  
 laudibus, ad Regiam accersito familiari-  
 ter collocutus est, & donis cumulatam  
 ad monasterium remisit. Postmodum <sup>Monaste-</sup>  
 eodem sæpius ad se venire jussu, post- <sup>rium S.Vi-</sup>  
 quam Monasterii illius originem & sor- <sup>toni.</sup>  
 tem fuisset edoctus, opes contulit, quibus  
 reparari & magnifice ædificari potuit.  
 Aliquando Richardus ad Regiam profi-  
 ciscens itineris socium sibi delegit Fride-  
 ricum, quem virum notissimum & ori-  
 gine sanguinis Imperatorem contingen-  
 tem cuncti maximo honore prosequen-  
 bantur. Quadam vero die Fridericus  
 haud procul ab Imperatore inter Episco-  
 pos & Proceres confidens vidit Abbatem  
 suum multo inferius sedentem. Tunc  
 vero protinus surrexit, & sede sua in-  
 fra Abbatem suum secum deportata, ibi  
 acquievit. Tantam humilitatem cuncti  
 admirantes magnis laudibus extulerunt,  
 atque Imperator deinde proximum sibi

*Hist. Eccles. Tom. XIV, M Ri*

Sæculum XI. Richardum Abbatem, tertiumque Fri-  
A.C. 1022. dericum considerare iussit.

Dum Monasterium S. Vitoni restauratur, Fridericus Monachos, Confratres suos, terram fodere, & rudera tollere erubescens, suo exemplo primus omnes excitabat, cœmenta aliaque ad ædificia educenda necessaria & utensilia comportans. Godefridus, Friderici germanus, quadam die Monasterii culinam ingressus, vidit eum scutellas abluentem, dixitque discessurus, sordidum laborem virum ex nobilissimo Comitum genere ortum minime decere. Respondit vero Fridericus, se maximo honori sibi ducere, quod vel hoc modo sibi concessum fuerit S. Petro & S. Vitono, Monasterii Patronis, servire. Fratri quadam die ex charitatis obsequio sibi calceos detrabere volenti, sancte indignans dixit: *Quid mihi prodesset, Frater mi! honores Sæculi fugisse, si in Monasterio illa obsequia, quæ mihi in mundo a famulis fuissent præstita, sine necessitate a Fratribus acciperem. Ideo hic veni, ut aliis servirem.* Porro Friderici exemplum amicorum suorum multos impulit, ut non modo pinguisima patrimonia illi Congregationi, datis literis, donarent, sed etiam ipsi Institutum Monasticum amplecterentur. Cum tandem Richardo Abbati etiam cura Monasterii S. Vedasti Attrebatî commissa fuisset,

set, ipse hujus Congregationis Regimen, <sup>Sæculum XI.</sup>  
 tanquam Præposito, tradidit Friderico, <sup>A.C. 1022.</sup>  
 ubi anno millesimo vigesimo secundo  
 mortem oppetiit.

Richardus Abbas, Disciplina Monastica in Imperio Francorum Restaurator eximius, duos laudatissimi Operis socios & adjuutores, nempe Odilonem Cluniacensem & Guilielmum Divionensem habuit. Odilo dicebatur *Pius* seu *Clemens* quod lenissimi esset ingenii. Alter dicebatur Guilielmus *supra Regulam*, quod in suos esset valde severus. Richardus ob mansuetissimos mores *Dei Gratia* appellabatur. Eidem Richardo Baldericus Episcopus Leodiensis Abbatiam Lobiensem, opulentissimam, contulit, quo Regulam postliminio restitueret, & postea etiam Abbatiam S. Laurentii Leodii. Rogerius Episcopus Catalaunensis Richardo etiam Abbatiam S. Petri, Robertus Rex Abbatiam Corbejensem commisit. Balduinus Comes Flandriæ complura monasteria, scilicet S. Petri in civitate Gandaveni, S. Amandi, S. Richarii, S. Jodoci, ejus Regimini credidit. Tandem Monasteria viginti & unum numerabantur, quorum curam tum ab Episcopis, tum a Principibus rogatus in se susceperat. His monasteriis a se reformatis Richardus Abbates ex suis Discipulis delectos præposuit, & ipse per se præter monaste-

Sæculum XI. nasterium S. Vitoni tria alia rexit. R  
 A.C. 1022. chardum anno millesimo undecimo Ro  
 mam profectum Benedictus Papa VIII.  
 virum esse magno in pretio habendum  
 pronunciavit. Tanta veneratione Prin-  
 cipes eum prosequerentur, ut etiam Re-  
 gnorum dissidia ex ipsius arbitrio compo-  
 ni paterentur. Cuidam monacho, vitæ  
 suæ insidias fruendi, ignovit, eumque  
 postea, cum sincere pœnitentem vide-  
 ret, fidissimorum Discipulorum numero  
 adscripsit.

## §. LXI.

*Angelrannus Abbas S. Richarii.*

vit. Sæc. 6. **A**lius Abbas Roberto Regi in paucis ca-  
 rus fuit Angelrannus in Monasterio  
 Ben. p. 436. S. Richarii. Is natus ex parentibus, si  
 Sæculi pompam spectes, non adeo gene-  
 rosus, a puero literarum amantissimus,  
 maturiore ætate ingressus est claustra  
 Centulanæ Abbatia, quæ a S. Richario  
 circa annum septingentesimum vigesim-  
 um quintum condita, a Normannis in  
 cineres redacta, nuper ab Ingelrado Ab-  
 bate, antea Monacho Corbejensi reparata  
 fuerat. Ab hoc Abbate juvenis Angelran-  
 nus licentiam accepit studiorum causa  
 Carnutum petendi, ubi Fulberto Episco-  
 po Magistro usus Grammaticam, Musi-  
 cam, & Dialecticam didicit. Inter hæc  
 Robertus Rex profectioem Romanam  
 Reli-

Religionis causa suscepturus, Clericos scientiis instructos conquiri jusserat, qui peregrinantem comitarentur; cumque ingens eruditionis opinio Angelrannum commendaret, eum Rex inter itineris socios adscivit, & ejusdem Doctrinam morisque maximis laudibus decoravit. Hoc iter anno circiter millesimo vigesimo susceptum. Jamque ex eo tempore Rex Angelranno Dignitatem Ecclesiasticam, si quæ vacasset, conferre animo constituit.

Angelrannus ad suum reversus Monasterium nihil antiquius habuit, quam fratribus suis literarum amorem insinuarere, nec irritato conatu, nam libros comparare, alios describere, & parvulis erudiendis operam dare cœperunt. Ita elapsis aliquot annis, Ingelrado Abbate vita functo, tota Congregatio Angelrannum Successorem exoptabat, paucis adversantibus, quos nobiles natales inflabant. Rex latus, quod occasionem nactus esset Angelrannum Abbatiali Dignitate ornandi, illico ad Monasterium se confert; at ille monitus de Regis adventu mature in silvas fugit. Ubi vero Rex advenit, Angelrannus, a cursoribus diligentissime conquistus, adducitur, cui Rex Ecclesiam ingressus coram illis, qui forte præsentibus erant, possessionem Monasterii tradit, jubens eum funes, quibus

Sæculum XI. motæ campanæ pulsabantur, manu con-  
A.C. 1022. tingere. Nam Investituræ semper per  
 signum aliquod sensibile conferebantur.

Novo Abbati nihil magis curæ fuit,  
 quam collapsa Monasterii ædificia resta-  
 rare, Ecclesiam exornare, Bona adempta  
 vindicare, sua constantia usurpatores ter-  
 rere, & rem monasterii domesticam do-  
 nationibus amicorum, quos sibi concilia-  
 bat, augere. Fulberto Episcopo, Præ-  
 ceptore suo, impellente, vitam, miracu-  
 la & Translationem S. Richarii in libris  
 quatuor, & quædam alia Opera carmine  
 scripsit. Tandem Angelrannus usque ad  
 annum 1045. superstes fuit, cujus Epi-  
 taphium Guido tunc Archidiaconus, &  
 postmodum Episcopus Ambianensis com-  
 posuit. Is enim, Angelranni olim Disci-  
 pulus, inter suæ ætatis Poetas præci-  
 pua laude celebrabatur.

